



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

## DE DONATIONE CONSTAN.

qui quid ueri habeat, eruditorum quo-  
rundam iudicium, ut in uerba  
pagella uidebis.



Hoc in libello hæc continentur:

**Donationis, quæ Constantini dicitur priuilegiū, Bartholomeo Pincerno de monte anno duo ad Iulium. II. Pont. Max. interprete.**

**Laurentij Vallensis patritij Romani contra ipsum, ut falso creditū & ementitum priuilegiū declamatio, cū Vdalrici Huttensi equitis Germani ad Leonem. X. Pont. Max. prefatione.**

**Nicolaus de Cusa Tit. sancti Petri ad vincula de donatione Constantini.**

**Antoninus archiepiscopus Florentinus de eadem re.**

# DONATIO CONSTANTINI IMPERATORIS

Bartholomei Picerni de Monte arduo ad Iulium. II.

Pontificem maximum præfatio edicti sive  
donationis diuī Constantini, quam e  
græco in latinum se aſſe  
uerat conuertisse.

Vm inter legendum in hac tua celeberrima  
bibliotheaca, beatissime pater, occurrit mihi  
libellus quidā græcus, qui donationem Con-  
stantini continebat, æquum mihi uisum est  
illum e græco in latinum conuertere, & eum  
tibi sanctissime pater inscribere debere, qui uicarius Chri-  
ſti, & Petri, ac Siluestri successor existis. Quippe cū multi  
ſint, qui falſam Constantini donationem eſſe alſeruerint, in-  
ter quos eſt Laurentius Vallensis, uir haud fane inerudi-  
tus, qui librum de falſa donatione Constantini ſcribere au-  
ſus ſit. Cuius opinionibus optime refragatur Reueren-.  
Cardinalis Alexandrinus Iuris utriusq; consultissimus, & il-  
lius obiecta diligentissime confutat. Existimabat uir ille  
fortaffe, ut quod ipſe non legerat, non poſſet apud alios re-  
periri. Nec mirum, cum tantę mordacitatis extiterit, ut Ari-  
ſtotelem philosophorum principem carpere nō dubitarit,  
& omnes linguae latine autores ita taxare, ut nemini, per-  
ceperit. Sed ne longior ſum, Constantinū iplsum audiamus.

Edictum Imperiale scriptum & datum sacrae & sancte  
catholicae & apostolicae Ro. ecclesiæ a beato Con-  
stantino, primo inter Imperatores christiano.

N nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris ui-  
delicet & filij & spiritus sancti. Imperator Cæſar fla-  
uius Constantinus in Christo Iesu unico eiusdem  
Trinitatis ſaluatorē domino & deo noſtro, fidelis, mitis, be-  
neſicus, alemanicus, gothicus, ſarmaticus, germanicus, bri-

tannicus, hunicus, pius, felix, uictor, triumphator semper Augustus. Sanctissimo & beatissimo patri patrum Siluestro episcopo & papæ magnæ urbis Romæ, & omnibus pontificibus successoribus eius in cathedra beati Petri usq; ad consummationem sacerduli sedentibus. Item omnibus reverendissimis & religiosis catholicis episcopis huic sacre & sanctæ Ro. ecclesiæ per hanc nostram Imperialem constitutionem subiectis. Gratia, pax, amor, lætitia, magnanimitas, misericordia ab omnipotente deo, & patre, & Iesu Christo filio eius, & spiritu sancto omnibus nobiscum. Quæ a redemptore & saluatore nostro domino Iesu Christo, qui est filius altissimi patri, per sanctos apostolos eius Petru & Paulum, mediante patre nostro Siluestro summo pontifice & catholicò papa admirabiliter circa nos miserationibus illius facta sunt, manifesta narratione per hanc imperialem nostram scripturam, deinceps omnibus studuimus tradere ad cognitionem, omniū qui sunt in orbe terrarū populorum. Māsuētissime enim nostræ apparitionis ab intus, & ab ipso corde procedit confessio. Primit quidem nostram fidem præse fert, quam a prædicto beatissimo patre & intercessione nostro Siluestro catholicò hierarcha didicimus ad documentum intelligentiæ omniū nostrum. Deinde & effusam super nos dei misericordiam omnibus nunciat. Scire enim uos omnes uolumus sicut per prædictam nostram Pragmaticam constitutionem uobis declarauimus nos ab Idolorum cultu, quæ muta & surda & manu facta sunt, diabolicisq; fictionibus, & ab omni satanæ pompa desiliisse, & ad integrum christianorū fidem, quæ lux uera est & uita eterna descendisse, sicut nos ipse excelsus & summus pater noster & magister Silvester admonuit, in deum patrem omnipotentem, factorem coeli & terra uisibilium omnium & invisibilium. Et in Iesum christum filium eius unigenitum dñm nostrum, per quem omnia facta sunt. Et in spiritum sanctum dominum & uiuiscantem omnem creationem præcipiens credere. Nos patrem, filium, & spiritu sanctum sic continemur, tanq; in per-

fecta trinitate, & perfectionem diuinitatis esse, & unitatem  
potentiae, deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, & tres  
unū sunt, tres igitur formæ, sed una potentia. Perfectis igitur  
coelestibus uirtutibus & omnibus terrenis materijs mihi  
sericordi nutu ipsius sapientiae, primo ex limo terræ hominem  
formans secundum imaginem & similitudinem suū ipsius  
in paradiſo hunc posuit deliciarū, cui inuidens serpens, an-  
tiquus inimicus & diabolus amarissimo gusto inexperti li-  
gni exulem fecit lœtitiae illius. Illumq; cū expulisset nō celat  
suū ipsius mortiferis sagittis multis modis alios sagittare,  
ut abstrahens humanum genus a via ueritatis Idolorū cul-  
tui, id est creationis, sed non creatoris seruire omnes persua-  
deat, ut quos possibilis fuit suū ipsius machinationibus col-  
ligare, hos aeterno suppliū tradat puniēdos. Sed deus pro-  
prie formationis miserationem capiens, misit sanctos eius  
prophetas, & per hos uitæ lucem aduentum uidelicet filij  
eius, domini autem nostri, & saluatoris dei Iesu Christi an-  
nuncians. Nouissime aut̄ misit & unigenitū eius filium, &  
uerbum sapientiae, qui a cœlis descendit propter nostram  
salutem, & genitus est ex spiritu sancto & Maria uirgine.  
Verbum caro factū est, & habitauit in nobis, nō deponens  
quod fuit, sed incipiens esse quod nō fuit, deus perfectus,  
& homo perfectus, tanq; deus miracula perficiēs, & tanq; homo  
humanas passiones ferens, sic uerbum hominem, &  
deum uerbum intelligimus. Doctrinis nostri patris Siluestri  
summi pontificis tanq; deum uerū, & hominem uerū eundem  
esse nequaq; est ambigendum. Eligens igitur duodecim  
apostolos, hosq; innumerabiles populos antea super  
naturalibus miraculis illustrauit. Confitemur ipsum dñm  
nostrum Iesum Christū adimpleuisse leges & prophetas,  
passum & crucifixum esse secundum scripturas, tertia die a mor-  
tuis resurrexisse, assumptum esse in cœlos, sedere a dextris  
patris, illinc uenturum iudicare uiuos & mortuos, cuius  
regni non erit finis. Hæc est nostra orthodoxa fides a bea-  
tissimo patre nostro Silvestro nobis antea lata. Admone-

A 3

mus igitur omnem populu, & diuersa gentis genera hanc  
fidem detinere, colere, prædicare, & in sanctæ Trinitatis no-  
mine baptismatis gratiam assequi, & dominū nostrū & sal-  
uatorem Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto  
in infinita secula regnat reuerēti corde adorare, quem bea-  
tissimus pater noster Silvester catholicus hierarcha prædi-  
cat. Ipse enim dñs noster mei peccatoris misertus, misit san-  
ctos apostolos eius nos uisitatuos, & luce splendoris eius  
nos illustrauit, & tenebras attrahens ad ueritatis cognitio-  
nem me peruenire dignatus est. Quoniā grauis turpitudo  
lepræ omni corporis carni insilij, multisq; conuenien-  
tibus medicis cura mali adhibita est, & horum nullius stu-  
dio sanitatē assequi potui. Ad hæc, accesserunt mihi & sa-  
cerdotes Capitolij oportere dicentes cisternā in Capitolio  
fieri, & hanc innocentī sanguine & calido impleri, illicq; la-  
uari, sic mundationē assequi posse. Scđm documēta igitur  
ipsoꝝ cū multi innocentes infantes cōgregati essent, & uel  
lent impij & sacrilegi sacerdotes ipſos iugilare, & illoꝝ san-  
guine cisternā implere, lachrymis matrī illoꝝ nostra cere-  
nitas intendens, statim rem nephandam exhorruit. Illasq;  
tūc ego miseratus, matribus tradi filios iussi, uehiculaq; ex-  
hibens, & dona cōcedens, gaudētes ad propria remisi. Hic  
dies cū præteriſſet, & nocturna quies succederet, & ad so-  
mnū opportunitas inuitaret, adiuncti sancti apostoli Petrus  
& Paulus mihi dicentes, quoniā ad peccata procedere nō  
permisisti, & innocentis sanguinis effusionem es abomina-  
tus, a Christo domino & deo nostro missi sumus, dantes ti-  
bi consilium per quod sanitatem resumes. Audi igitur no-  
strum mandatū, & fac quod te admonemus. Huius urbis  
episcopus Silvester tuas persecutiones fugiens, in caue-  
nis lapidū cū proprijs clericis occultatur in monte Soratte.  
Hunc ad teipsum accersens demonstrante illo uerā religio-  
nis cisternam addisces, in qua cum tertio immersus fueris,  
omnis uis lepræ te derelinquet. Quo facto hanc retributio-  
nem econtra metire salvatori tuo, ut tuis mandatis omnia

in orbem terrarum ecclesiastis retinoues, & tu in hac parte te ipsum purga, ut oem Idolorum infelicitatem relinquens, solu uiuentem & uerum deum, qui solus est uerus deus colas & adores, & illius uoluntatem adimplreas. Expergefactus igitur secundum quae ordinata fuerant ab apostolis operatus sum, ac ceterisque praecipuis & praeclarus patrem Siluestrum catholicum papam qui nos illuminauit, omnia ipsi a sanctis apostolis mandata mihi uerba declaraui, quae siue ab ipso quidam essent Petrus & Paulus qui appellatur. Dixitque ille. Non uere deos hos appellari, apostolos autem saluatoris nostri & domini Iesu Christi esse assuerauit. Rursus incepi interrogare beatissimum papam, si quae manifeste horum apostolorum essent imagines, ut ex pictura igitur possimus cognoscere, si possibile est, illos esse quos a reuelatione didicimus. Tunc ille omni reverentia dignus pater, diuinorum horum apostolorum imagines per proprium diaconum afferrari iussit, quas aspiciens & aspectus idolorum quos in somnis uideram in imaginibus perdiscens magna uoce coram meis satrapis confessus sum, hos illos esse in somnis mihi usos. Ad hanc beatissimum hic pater noster Silvester urbis Romae episcopus, tempus nobis penitentie terminauit in uno cilicio, intra novum Lateranense palatium, ut omnia quae a nobis impie operata sunt, & iniuste perpetrata, letunijs, uigilijs, lachrymis, & orationibus apud dominum deum & saluatorem nostrum placaremus. Deinde clericis imponentibus mihi manus usque ad ipsum pontificem perueni. Illic autem renuncians satanae pompas, & opera eius & omnia Idola manufacta, credere in unum deum patrem omnipotentem factorem coeli & terrarum, uisibilium omnium & inuisibilium, & in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum dominum nostrum, qui genitus est ex spiritu sancto, & Maria uirgine spontanea uoluntate coram omni populo confessus sum. Benedicto autem lauacro illic mensurabilis demersione salutarem aquam mundauit. In sinu autem lauaci positus manu tangentem me a coloribus oculis aspergi, sub qua mundus resurgens ab omni

lepræ turpitudine, me ipsum mundatus esse cognoui, ablatum aut me a uenerando lauacro albis pallijs induerunt, se ptiforme q̄ spiritus sancti signaculū præbuit beati crismatis unctione, & signū sancte crucis meæ fronti signauit dicens. Sigillat te deus fidei eius signaculo. In nomine patris & filij & spiritus sancti, omnisq; clerus respondit Amen. Et addidit pontifex. Pax tibi. Primo igitur die postq; cœpī ministrium diuini baptismatis, & post medelā mei corporis a lepra, cognoui non esse alium deum præter patrem, & filium, & spiritum sanctū, quem beatissimus pater Siluester prædictat, trinitatem in unitate, unitatem in trinitate, omnes enim dī gentiū quos superius colui démonia opera manus hominum manifeste demonstrantur. Ad h̄ec quantam potestatem ipse saluator noster proprio apostolo beato Petro præbuit in coelo & in terra, manifeste nobis ipse uenerādus pater exposuit, quando illū fidelem inueniens in interrogatione dixit. Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eam. Considerate potentes, & auribus cordis attendite, quid bonus magister & dñs proprio discipulo adiunxit, dicens. Et dabo tibi claves regni coelorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatū & in coelis. Admirabile uerbū & gloriosum & super terrā ligare & soluere, & in coelis ligatum esse & solutū. Hæc igitur beato Siluestro docente cognoscens, & beneficentijs ipsius beati Petri integerrime sanitatem sentiens corpori redeuntem, dignū iudicauimus cū omnibus nostris satrapis, & universo senatu & optimatibus, & cuncto Romani imperij subiacenti populo, ut sicut beatus Petrus uicarius appetit constitutus in terra a filio dei, sic a nobis & a nostro regno locū tenentes principis apostolorū suscipiant, datū ipsis potestatis principatū maiorem, quam nostra in terra serenitas & regnum ab omnibus habere cognoscitur. Elegimus enim ipsum apostolorū principem & eius successores proprios nobisipsis ad deū esse patronos, & sicut nostram in terra imperialem potestatem sic & illius sacram

sacram & sanctam ecclesiam Rō. decreuimus colere cū re-  
uerentia, & sacratissimā cathedram beati Petri magis & no-  
strum regnum & terrenam sedem exaltare , tradentes ipsi  
potestatem, & gloriae dignitatem, vigorem & efficaciam, &  
honorificentiam imperialem . Atq̄ decernentes sancimus  
principatū habere super quatuor praecipuas sedes, Anthio-  
chiae, Alexandriae, Constantinopoleos, & Hierosolymorū.  
Item super omnes in uniuerso orbe terrarum dei ecclesias,  
& pontificem pro temporibus existente ipsius sacrae & san-  
cta Rō. ecclesiæ excelliorem esse, & principem omnium sa-  
cerdotū, qui sunt in uniuerso orbe terrarū. Et omnia quo-  
rum curam habere oportet ad diuinū cultū uel robur Chri-  
stianorum fidei, huius iudicio gubernari . Iustū enim est ca-  
put principatus sanctam habere legem , ubi sanctarū legū  
legislator saluator noster beatum Petrum mandauit apla-  
sus habere cathedram, ubi erucis lignum, & ipse sustinens  
beatæ mortis piaculum bibit, Imitator proprij magistri &  
domini factus . Illic usque ad finem & cōtinue magistrum  
quærant, ubi sanctū magistri corpus quiescit. Illic gentes p  
confessione nominis Christi colla inclinent , ubi horū ma-  
gister heatus Paulus apostolus p Christo collū extendens  
corona martyrij coronatus est. Illic supini & humiliati cœ-  
lestis regis & dei & salvatoris nostri Iesu Christi officio ser-  
uiant, ubi superbe terreni regis potestati seruiebant. Quo-  
rum gratia scire uolumus omnes in orbe terrarū gentium  
populos, q̄ nos intra Lateranense nostrū palatiū templum  
ereximus ipsi salvatori nostro & deo & domino Iesu Chri-  
sto ab ipsis fundamentis cum baptisterio. Sciatisc̄ & duo-  
decim cophinos terræ illinc nos p̄prijs humeris extulisse.  
æquales numero duodecim apostolis, edificauimusq̄ ecclē-  
sias & beatis Petro & Paulo primis apostolis, quas argen-  
to & auro decentes & ornatas constitūimus, ubi & sacra-  
tissima ipsorum corpora sepelientes magna cum reverētia  
shecas ipsis ex electro, cuius nulla elemēti potentia est for-

B

tior, construximus, crucemq; auri purissimi & ex margari-  
tis preciosis factam, per utranque thecam imposuimus, au-  
reis clavis affigentes, quibus ecclesijs pro cōtinuatione lu-  
minariorum possessiones & agros contulimus, & nostro  
imperiali & diuino mandato in oriente & occidente, septen-  
trionali & meridionali clime, In Iudaea uidelicet, Asia;  
Thratia, Græcia, Aphrica, Itala, & in diuersis insulis no-  
stram ipsius libertatem concessimus, sic uidelicet, ut per ma-  
nus beatissimi patris nostri pontificis Syluestri & eius suc-  
cessores omnia disponantur. Exultet igitur nobiscum om-  
nis populus, omnia in orbe terrarum gentium genera ad-  
monemus, ut nobiscū & saluatori nostro Iesu Christo insi-  
nitas gratias confiteatur, quoniam ipse deus in cœlo supe-  
rius, & in terra inferius, per sanctos apostolos cum nos ui-  
sitasset, sanctum mysterium baptismatis & corporis sanita-  
tem nos dignos fecit suscipere. Pro quibus etiā præbemus  
ipsis sanctis Apostolis, & dominis meis beatissimis Petro  
& Paulo, & per hos beatos Sylvestro nostro patri & sum-  
mo pontifici, & catholico urbis Romæ Papæ, & omnibus  
pontificibus successoribus eius usque ad consumationem  
mundi in cathedra beati Petri sedentibus, & in præsentiarū  
tradimus, primum quidem Lateranense nostri regni pala-  
tium, quod omnibus in orbe terrarum palatijs præfertur,  
& eminet. Deinceps diadema, id est, coronam capitis no-  
stri. Similiter autem & phrygium, id est, mitram, necno su-  
perhumerale uidelicet lorum, quod imperiale collum cir-  
cūdare cōsuevit. Item purpuream chlamydem & coccine-  
am tunicam, & imperialia omnia indumenta, & imperialiū  
præsidentiū equitū dignitatē, conferētes ei imperialia sce-  
ptrā, simulq; cuncta signa atque bāna, & diuersa ornamen-  
ta imperialia, & omnem in processionibus imperialis cul-  
minis gloriam & potestatem. Reuerendissimis autem uī-  
ris clericis secundum diuersos ordines huic sacrae & san-  
cta Romanæ ecclesiæ seruientibus, illam circūspectionem:

& proprietatem potentiae & præexcellentiae habere sancti  
mus, cuius amplissimus senatus noster uidet gloria ador-  
nari, id est patricios & consules ipsos effici, necnon & cae-  
teris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorati,  
& sicut imperiale exercitum, sic & clerum sancte Romanæ  
ecclesiæ adornari decreuimus. Et quemadmodum imperia-  
lis potentia diuersis officijs cubiculariorum, hostiariorum  
& excubitorum decoratur, ita & sanctam Romanam ecclie  
siam decorari uolumus. & ut amplissime pontificale decus  
præfulgeat decernimus, & ut clerici eiusdem sancte Ro. ec-  
clesiae mappulis & linteaminibus, id est, candidissimo co-  
lore decoratos equos equitent. & sicut noster senatus cal-  
ciamentis utitur cum uulnibus, id est candidissimo linta-  
mine illustratur, & ita cœlestia sicut terrena, ad laudem dei  
decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipsi  
sanctissimo patri nostro Syluestro, urbis Romæ Episcopo  
papæ, & omnibus post ipsum in eius successionem uenitu-  
ris per superuenientia secula beatissimis pontificibus, pro  
honore & gloria domini nostri Iesu Christi in magna hac  
catholica potestate, si aliquem circumspecti nostri senatus  
voluerit inter religiosos clericos connumerare, nullum eo-  
rum, qui ad hoc vocantur, propter superbiam ordinem hunc  
excusare. Sancimus etiam hoc omni reuerentia dignum, pa-  
trem Sylvestrum summum pontificem, & omnes ponti-  
fices successores eius, diadematate, uidelicet corona quam ex  
capite nostro ipsi prebemus, ex auro purissimo & lapidibus  
preciosis & margaritis constructam, uti debere, & in capi-  
te gestare ad gloriam dei pro beati Petri reuerentia. Quo-  
niam autem ipse beatissimus papa in corona clericatus, in  
consula capitum, quam pro reuerentia beati Petri habet, non ue-  
recundatus est ex auro uti corona, nos phrygium in hoc  
candidissimo colore splendidam domini resurrectionem si-  
gnantes, sacratissimo eius vertici proprijs manibus impo-

suimus & frena equi huius detinentes pro reverentia beati Petri stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter uti in possessionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde ne pontificalis apex uilescat, sed magis quam terrenum regnum ipse dignus & gloria & potentia decoretur. Ecce palatum nostrum (ut ante dictum est) & urbem Romanam, & totius Italiz & occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates, sive numero predicto beatissimo patri nostro Sylvestro catholicico Papæ tradentes, & cedentes huius & successoribus eius pontificibus potestati & iudicio, & per diuinum nostrum pragmaticum edictum decreuimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanae ecclesiæ concedimus permanenda. Vnde congruum iudicauimus nostrum regnum & huius gloriam ad orientales regiones transferre, & in urbe Bizzantio optimo loco in nostro nomine urbem ædificantes, illic nostrum imperium constitutere, ubi sacerdotum principatus & Christianæ religionis caput a coelesti rege est constitutum, non esse iustum illic potestatem habere terram regem. Haec igitur per hanc nostram sacram scripturam, & alia diualia decreta determinata & roborata usque ad mundi consummationem illibata & inconcussa permanere decreuimus. Vnde coram uiuente deo, qui nos regnare praepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur omnes nostros successores imperatores uel cunctos optimates satrapas, etiam amplissimum senatum & uniuersum populum in toto orbe terrarum, nunc & in posterum nulli eorum quo quomodo licere, aut confringere uel in quoquam conuelli. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor exiterit, æternis condænationibus subiaceat innodus, sentiatque sibi ipsi contrarios sanctos dei & principes apostolorum Petrum & Paulum in infimo inferno eruciandus, Deficiatque cum diabolo & omnibus impijs. Huius autem imperialis decreti paginam proprijs manis

bus roborantes super ue[n]erandum corpus principis Apo  
stolorum beati Petri manibus proprijs imposuimus . Illuc  
dei Apostolo promittentes illibata nos h[ec]c omnia conser  
uare , & nostris successoribus & Imperatoribus per nostra  
mandata conseruanda relinquere , & beato patri no  
stro Sylvestro , & catholico Papae , & per ipsum  
omnibus eius successoribus pontificibus , do  
mino & deo & salvatore nostro Iesu Chri  
sto placide annuete , eterne & feliciter his  
h[ec]c in possessionem futura , imperiali  
subscriptione , diuinitas uos conser  
uet in multis antis sanctissimi  
& beatissimi patres . Datum  
Romae tertio Calend.  
Aprilis , domino no  
stro Flauio Con  
stantino Augusto & Galli  
cano uiris consulis  
bus & claris  
simis .

**VLRICHI HVT**  
**TENI IN LIBELLVM LAVENTIS**  
contra effectam & ementitam Constantini do  
nationem, Ad Leonem. X. Pontificem  
Maximum, Praefatio.



Andem eorum, qui à diuulgando Laurentij Vallæ in Constantini donationem libello des- terrebant opinionem, tua peruicit splēdida & consolationis plena promissio, pontificatus tuū instio, iubēte te, expressa, pater beatissime. Postq; tu semel enim, conticescente iam bellū ca Iulij secundi tuba, ueluti pacis percusso cymbalo, orbem Christianum ad spem libertatis erexisti, omnia omnes quæ licere sciunt, usurpanda sibi putant. Ego uero etsi ante per suasus eram, si te contingereret summæ rerum præesse, quan doquidem sic coluisti optima semper studia, ut tuus in ijs profectus, cum eruditissimorum hoc tempore uirorum doctrina æquari facile mereatur, non passurum, ut ex ueterū monumentis quicq; te pontifice depereat, tamen ubi illam legi, publice in Italia propositam inscriptionem, L E O N I D E C I M O P O N T I F I C I M A X I M O R E S T A V R A T O R I P A C I S, exilii repente quodam concita- tus mirifice inopinato gaudio, mihiq; redditus, ex diuturna prius animi commotione, quod uiderem indigna multa sub tyrannis pontificibus perpeti nationem hāc. Itaque huic gratulor ætati, quæ te auspicatissimo pacis suborto sydere, ex diuturna tyrannidis caligine, ad nouam libertatis lucem respicit. Te uere pontificem autem, qui pacem ad- fers, quam qui non habuerunt antecessores tui, pontifices non fuerunt. Neque enim sequebantur Christum, qui pas- sem suis dedit, eandemq; hæreditariam reliquit. Pacem in-

quiens meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ig-  
tur & uicarij eius non fuerunt, cuius usum non tenuerunt.  
Dei enim regnare, est pacem tenere, immo alienissimi fue-  
runt à Christo, cuius adspersati studia, diuersum uitæ ge-  
nus secuti sunt. Illius pax est enim, hi bella sequebantur.  
Ille seruare docendo homines studuit, hi perdere armis fa-  
tagebant. Ille suum coeleste regnum esse ostendit, hi primo  
loco mundi imperia quæsivierunt. Ergo nec beati fuerunt,  
quia pacifici non fuerunt. Nec filij dei fuerunt, quia bea-  
ti, Christus inquit, pacifici, quoniam uocabuntur filij dei.  
En per te restauratam pacem igitur, quæ istorum peruer-  
sitate collapsa ferebatur. Atque hanc literati imprimis ho-  
mines magno acceperunt exhibente te gaudio. Deinde ij  
quoque, à quibus iniuste ablata per fraudem multa fuerant,  
cupidissime complexi sunt. Venit enim cum pace una, re-  
stituente te, iustitia, quoniam iuxta prophetæ uerbum, hoc  
potissimum tempore iustitia & pax osculatae sunt. Venit  
& fides, & illa uenit temporis filia Veritas. Ac regiae abun-  
de uirtutes, clementia & mansuetudo. Vides quot simul bo-  
norum author fueris Leo decime? Tu pacem adserens, pa-  
cis simul, hoc est optimarū artium inuestisti studia. Et iusti-  
tiam reddidisti, quia in pace leges sunt, ex legibus uero ius-  
titia est. Et libertatem reduxisti, quā comitata ueritas, ma-  
gno & ipsa temporū tuorum hominibus emolumēto fuit.  
Pax etenim esse in tyrānide nulla potest, quia fides nō est?  
Nec iustitia esse potest, quia suum cuiq; non est. & quia le-  
ges opprimunt tyranni, nec uerum dicere licet, quia libe-  
ras non est. At nunc uere liberi sumus, quia pacem habes-  
mus, quā habentes, pacis quoq; adhibebimus studia. Qd;  
sub Iulio igitur bellorum authore non licuit, ut esset hæc  
tranquillitas, id sub te pacis restauratore usurpabimus,  
ut in literis conuiescamus: Proinde in lucem prodeat, si  
quid diu latuit, & eo maiori tum fiducia prodeat, quanto  
quidq; uerius, quantoq; sincere magis scriptum est. Qua-

Lis hic est liber, quem alij idcirco non tulerunt pontifices; quia uerum audire noluerunt, tu idcirco amabis, quia ueritatis iam ante poculū nobis propinasti. Nā ad te meliore conscientia pontificem quid pertinet, quod cōtra Ecclesiastici status dignitatē scriptus ab illis ferebatur? Aut qd̄ in Pontifices maledicūm esse dicebant? Profecto enim neque fuerunt pontifices illi, qui finxerunt Cōstantini donationem, quia pastores nō fuerunt. Neq; ecclesia fuit que eū accepit, quia Christifidelium cōuentus non fuit. Si fuissent pastores enim, pauiissent oves Christi, nō deuorando inuisissent. Etsi ecclesia fuisset, utiq; uocasset ad uitam & libertatem gentes, nō sub iugum traxisset Imperia & nationes. Sic illa enim loquitur, Venite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Certe implet quos accepit hæc, ille maligniū cōuentus inanibat & exhaudiebat. Tū pastores esse bonos uicarios suos iussit Christus, non uoraces lupos. Sic Petro dixit enim, Petre asmas me, pasce oves meas. Pasce dixit oves meas, non deuera plebem meam, sicut escam panis. Et in apostolatum uocans, faciam uos, inquit, p̄scatores hominū, hoc est, faciam ut prædicando, & bona exempla edendo, alliciatis ad ueritatem errantes à fide. Quod quia tu sequeris, ad officium rediisse hunc ordinem, te id efficiente, te pacē, te libertatē, te iusticiam, & ueritatem reuocante gaudemus & exultamus. Quæ latior nanc; audiri uox potuit? Quod suauius uerbū? Itaq; paruo negotio, puta uno proposito uerbulo, magnam sustulisti ē medio hominū uestrorū indignationē uehementeis composuisti animorū motus, exitia interueristi, tumultus compescuisti. Quod futurū igitur fuit, si in malū aliquem pontificem incidissent hæ hominū cogitationes, ut ui & uolentia eriperemus ab iniustis possessoribus multa, hoc per te factum est, ut citra turbā quiescendo consequamur omnia. Vides quale tuum factū interpretor uere pontifex Leo? Quod armis persequendum erat, id be-

benificentia acceptum tuæ referre licet. Quapropter defi-  
niant quidam metuere ne tu ægre feras, si edatur hic denuo li-  
ber, quod illi ante præposteri pôtifices, ne haberetur in ma-  
nibus, ueteruerunt. Nihil est tibi enim commune cum illis,  
quia nihil fuit ipsis cum Christo. Nam illi sub fraudis suco  
secularia ad se imperia traxerunt, tu in sincero ueritatis splen-  
dore ecclœstem dominationem, id est pacis regnum aperui-  
sti. Per te illa igitur Christiana reuiviscit ueritas, quæ cum  
oppressa diu fuerit, nunc se colligit, & captiuia iampridè ab  
silo reducta obscuriatis carcere lucem reuidere meretur.  
Qua fiducia elatus, audet ab inferis exurgens Valla, in ho-  
minum aures atq; oculos recipere sese, ob id magis etiā qd  
fuit tuis olim maioribus charus, à quibus ut hæc ueluti hæ-  
reditariam accepisti uirtutem, ita in alijs minime degeneras.  
Nam sicut eruditioe illum magistrū tuum Politianum res-  
fers, ita moribus ab atauo Cosmo alienus minime uideris.  
cuius quæadmodū prima laus fuit, qd in sua cluitate unus  
oia potuit, non oia uoluit, ita tuū quoq; encomion esto, q  
cū regnare ut Imperator posses, custodire ut pastor mauis.  
Sed in Cosmo fuit hoc imprimis admiradū, qd ineruditus  
ipse coluit eruditos, undiq; ad sese accersens, & ope aq; op-  
ibus tuuans, Laurentius uero pater & coluit doctos, & fu-  
it ipse doctrina inter primos suę ætatis commemorandus.  
Felicem hanc igitur domum, quæ iuuandis instituta est li-  
teris. Cui alteri enim debentur seculi huius dotes? Cuius  
alterius beneficio reuocatae ab interitu græcae pariter ac lati-  
nae sunt literæ? Ut soli sint in Italia Florentini, quos tanto  
accepto cōmodo, tyrannorū poenitere non debeat. Scilicet  
charus fuit maioribus tuis Valla, cum uiueret, tibi ob illo-  
rum reuerētiā, ne mortuus quidē negligendus est. Vbi  
sunt illi itaq; metuendū qui putabant, ut ferres tu operis  
huius diuulgationem? Quasi uero undq; ab animo tuo re-  
cepta sit fraus eorum, qui scelerate mentiti sint de Cōstan-  
tino, aut non is sit libellus hīc, qui legi ab oībus nō possit

tantū, sed necessario debeat etiam, cū pernigrus sit ex eo  
fructus, dum ueritas pernoscitur. At maledicuſ est, immo  
uero idcirco bonus, quia in malos acerbūs est. At in pontiſ  
fices impius est, immo in tyrānos eius. Nam si p̄m̄ia debēt  
tur apud Græcias ciuitates tyrannicidis, quid ijs dabimur,  
qui tyrannidem quoq; ipsam impugnat? Aut si pietas est  
amare patriā, quō impie agit qui hostem illius odit? An nō  
fuerunt Christianorum hostes illi pontifices, qui omnium  
ad se opes traxerūt, oībus liberis seruitutem moliti sunt?  
Qui imperio reges, pecunia clues dispoliabāt? Qui palliaſ  
tos nobis ab urbe tanto patrimoniorū nostrorū dīpendio  
ēpos mittebant? Aut uicarij fuerūt Christi, qui illius uicē  
nō gesserūt, quo de scriptū est, In pace factus est locus eius?  
Vei si tyranni sunt qui in liberos imperium sibi defumūt  
quis hoc magis facit, q̄ is, q̄ libertatis cōseruatorē, hoc est  
Romanorū principem in seruitutem adserit? Ergo nō ma  
ledicit pontificibus Valla, sed in tyrānos uera dicit, ob idq;  
q̄ib⁹ ualde placere putari debet, tibi inquā hoc genere, his  
maioribus aedito, hac eruditione, hoc etiā nomine prēdicto.  
Nō debet ex Medicib⁹ uni cōuenire mendaciū. Et in tan  
tam doctrinā per ueritas nō admittitur. Nec fraudis humi  
litatem ad se accipit Leonina magnitudo, quae hanc uer  
sat in ore Græci poētæ sententiam. Κύπριος ἀντεισέρει, ἀλλ  
οὐαὶ γενναῖοι. Præterea hoc in libello, si usquam, ostendit  
Laurentius, qui uir, quanto præditus animo fuerit, qui ma  
ximo etiā proposito, ut illa tempestate, periculo, ueritatem  
deserere noluit, quanto rectius & Christiane magis, q̄ ille  
nuper asinus, qui Iul. secundo pulchræ illius donationis  
privilegiū, quod ē Græco transtulisse dicit se, cū nos græco  
scriptū esse ignoramus, nō citra doctissimi uiri, & se per  
oīa melioris contumeliā dedicauit. Adsentebatur ille enim  
ut uni placeret, hic uerū dixit ut multis prodeſſet. Quid ad  
Christiani hominis & boni uiri perfectionē deſſit? Quā  
te nō nouerunt igitur, qui metuunt ingratū hi p̄c fore tibi

**N**ulla laborē. Si noſſent enim, nō ex prædoniis pōtificiū mā  
ribus tuā æſtimarent uitā. A quibus ego multum diſſen-  
tio, & cum tuā prædicari famam audio. & hāc optimæ op-  
niōnis plenā promiſſiōnē ubi cōſydero. Restauras tu enīm  
pacem. At pax esse inter raptoreſ. & eos à quibus rapitur,  
nisi ſuū reddatur, nulla potest. Neq; tu, niſi rem ipſam p̄ræ-  
ſtare uelles, inania nobis pponereſ uerba. Itaq; ſic opinor  
valde ſuccenſuſſes tu mihi, ſi non tam cōtra animi ſenten-  
tiam mei, quām etiā contra cōmunem omniū ſenſum (quiſ  
eft em qui ita ſentiat) probaſſem apud te piaculare figmen-  
tum, quod de Constantino mentiti ſunt illi pseudoponti-  
ſices, qui occidentis imperiū cum urbe Roma gentium do-  
maina, confeſſum ab hoc ſibi contenderunt. Quorū in hoc  
potiſſimū audaciam miror, quod ueritati nō ſunt id affirma-  
re, quod crediturū neminē ſcirent. Sed Germaniſ perſua-  
ſuros ſe putabant, utpote quos cerebrum non habere fama  
eft, atque igitur ingenio uili nō ſunt. Quippe ſi fuifſet cum  
alijs ſibi gentibus negocium, utiq; non ſic frigida eſſet hāc  
effictio, & cautiſ moliti hoc cōmentum eſſent, niſi reperi-  
tur qui oſtendat ex Imperatorib; ulli, antequām ad Ger-  
manos perueniret imperij nomen, intentata mafia hanc  
fraudem. Niſium me ergo, niſium proh Christo poenitet  
ibi maiorū noſtroſi, qui ſic obtuſi fuerunt, ut eos falleret  
captio, pueris etiā cognitu facilis. Sed eo maiori fraudis ille  
lorum odio digna eſt, quo deterius ſimplicitate abuſi ſunt  
noſtra. Tuam uero beatissime Leo, quiſ ſatis admirari po-  
teſt felicitatem, in quo iſta uerti contigit in melius pōtifi-  
cum mutationem? Habebit enim meliores ab hoc tempo-  
re Pontifices ecclesia, niſi non ex animo ſiat iſta promiſſio,  
ſed ex animo fit. Atque igitur quædam eſt hāc iniuria  
tua ab ijs, qui uel dubitant, contra impudentiſſime effi-  
ctam Constantini donationem ſcribenteſ an latus ſiſ.  
In illos uere deteſtandiſ ſceleriſ commentoreſ pontifices,  
omnia acerbiflma dīcta, oīaq; ferociſſima facta cōueniunt.

§ ii

Quid nō? In depeculatorēs, in fures, in tyrannos, in latro-  
nes. Quis uiolentior enim latro-est, q̄ qui ita rapit, ut rapi-  
endi modū nullum statuat? Hi fuerūt qui in minimo arre-  
pta occasione, ad imme nsum progressi sunt diripiēdi licen-  
tia. Qui gratias uenū exposuerunt, qui cōdonationes, qui  
dispensationes, & infiniti generis bullas qui uendiderunt  
tanto iam tempore. Qui in peccatorū remissione precium  
statuerunt, & in pœnis inferorum inuenerūt sibi lucrum.  
Qui sacerdotia hīc, eleemosynam parentū nostrorum passi  
sunt ab se mercari. Qui Germanis persuaserunt episcopos  
non esse, qui ab se pallia non emerint, multis aureorū mi-  
libus. Qui cōtentī nō sunt exigere extra ordinē quotannis  
semel, sed mittebant quoties in mentē uenisset, q̄ colligeret  
alijs alij de causis, nonnulli quasi bellum apparaturi cōtra  
Turcas, Alij ut templū, quod perfici nō curant, Romæ di-  
uō Petro extruant. Qui cū hæc omnia facerent, tamen fa-  
lutarise vulgo beatissimos & sanctissimos uolebāt, nec alijs  
quid in suos mores dici patiebantur, nedū fieri. Si quis ue-  
ro libertatis meminisset, aut si quis rapiētibus impedimen-  
tum, aut moram si quis omnino obiecisset, in eius sanguinebāt  
animā, perdentes actutū. His talibus iam insatiandis latro-  
nibus, tam immittibus tyrānis, nōne inimicū tibi ualde pu-  
tas, si quis te inserat Leo maxime? Aut non optime de sta-  
tu pontificio meritus uidetur, qui te magna uoce, quia nō  
hil cum illis cōmune habeas prædicet, illis contra oia que  
ad successionem Petri attinent, detrahat? Vel non benedi-  
ces illi pacis restaurator, qui his maledixerit bellorū & sedi-  
tionum autoribus? Quinimō te noui maledices his ipse,  
ut in quemlibet eorū conueniat propheticum hoc. Dilexit  
maledictionem, & uenit ei, noluit benedictionē, & elonga-  
bitur ab eo. Sic maledicendo perdebat illi enim animas ho-  
minum, quasi non esset deo chara hæc possessio. Ergo non  
suerunt pastores, quia non custodiebant animas, sed perde-  
bant, & circuebantib[us] dominicū gregem lupis obiiciebāt.

**Christi ques.** Non pastores fuerunt illi inquam, sed lupi  
Non custodes, sed proditores & fures. Quamobrem iure  
optimo maledicere illis licet, quia dico curae non sunt, qui  
bus pax dei curae non fuit. Tandem igitur pontifex in eccl<sup>e</sup>  
sia non fuit, quod diu pax non fuit. Quinetiam nec dicere bene,  
nec facere licebat, quod diu quidem illi grassabantur per ouile  
dei uoraces lupi, illae deuastabant uineam domini singula-  
res feræ, Illi dominabantur orbi Christiano incoparabiles  
tyranni, Quibus de Hieremias dicit, Pastores multi demo-  
liti sunt uineam meam, conculauerunt partem meā. Nam  
si tanto quisque peior tyrannus est, quanto ex ciuium corpo-  
ribus plura, ut tutus ipse grassetur, necauerit, quid de illis  
dicendum est, qui ut opes haberent, animarū passim cædere  
instituebant? Qui ob adsertam ueritatem, non corpora ho-  
minum trucidare contenti erant, sed illam perimebant etiā  
amicam dei animam, sponsam dei, illud nobile inferorum  
spolium, illam tati laboris mercedē, illud sanguine Christi  
quæsitum præmiū pessundabant, occidebant, deuorabant.  
Quibus nos uicissim non inuidebamus, quia potentes erat,  
sed oderamus, quia nocentes. Tuī uero amorē profundissi-  
me insitum iam Christianorū animis, quæ satis erit alacri-  
tas beatissime Leo, ut ostendamus: Tu ille orbis amor, i-  
llud humani generis deliciū, restaurator pacis, bellorum ex-  
tinctor, autor securitatis, turbarū sedator, pater studiorū, fo-  
mes literarū, optimarū artium, felicis ingeniorū cultus re-  
parator. Quo de scriptum est per prophetam, Orietur in  
diebus eius iustitia & abundantia pacis. Quanto solidiore  
hæc laudem complectuntur, quam illa nuper de suis bellis  
suis triumphis decantata Iulio. Sunt enim laudabilia pon-  
tificis opera. Illa ferocissima erant tyranni facta, Scilicet po-  
nitifex nemo fuit, qui secularia ad se regna quomodo cumque  
etiā pertraxit, nec uicarius Christi aut Petri successor fuit,  
quisquis piacularē Constantini donationem, quæ nec fa-  
cta unquam est, nec fieri potuit, adseruit. Cuius ego improba-

tionem, tantum abest ut simpiam putem, ut uehementer  
pontificiae dignitati detrahere eos existimem, qui h̄ac pros-  
bene, tibi uero gratissimum facere me confidam, qui reie-  
ctum nuper & damnatum hac de re Vallæ libellum, ueluti  
ex tenebris in lucem, ab interitu ad uitam reuocem. Quin  
etiam ipsum tibi illum dedico, ut testatum sit, quām te pon-  
tifice renata libertate, uerū dicere licuerit omnibus, uerū  
scribere. Quod et si non dubitem, quin ualde tibi placeat,  
tamen ubi hoc publico aliquo testimonio adprobatus  
abs te intellexero, dabo operam ut saepe aliud  
tale inueniam. Interea Christus Opt. Max.  
sic bonum te, sic uerū pontificem no-  
bis diu incoludem seruet. Ex ar-  
ce Steckelberg, Calen. De-  
cemb. Anno post mil-  
lesimū & quin-  
gentesimū,  
decimo  
septi-  
mo.

F I N I S.

B. P. D. HIERONYMVS PAV. CAT.

thalanus Canonicus Barcinonensis, iuris utriusque doctor, ac Cubicularius Alexandri  
VI. Pontificis Max. vir fide digniss. in  
libello quem vocant Practicam  
Cancellariae Apostoli  
ex, sic scribit.



**Q**uod donatio Constantini etiam de facto non fuerit; lege Laurentium Vallam, & Papam Pium in dialogo. nec de tali donatione quicquam legi apud probatum historicum, praesertim eos qui scripserint illa aetate, uel illi proxima, nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus scrutator & narrator rerum Christianarum meminit, quod tamen nullo modo uidebatur obmittendum. nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Ioannes Chrysostomus, nec Ammianus, nec historia tripartita, nec ipse met Damasus Papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerunt. Et constat per plures quam CCC annos posse Constantinum, Imperatores tenuisse gubernacula urbis & Italiae per duces, praefides, & exarchos, & urbis Romanarum, usque ad tempora Innocentij. II. ut patet aperte in Chronicis & historijs, & de Iustiniano patet. I. 1. & 2. de officiis, praetor, aifice, & in procario Institut. & in epistola, inter claras. ibi, nostrum firmat imperium. & in. I. fin. C. de uet. iur. encl. & in. I. bene à Zenone. & in aut. ut etiam Romana ecclesia. ibi, ad ecclesias nostras, & usque ad Oceanum recessus, & in aut. ut proprio nomine Imperato. Et in uita Phocæ Imperatoris legitur impetrasse Pantheon Bonifacium Papam ab eo. Vnde ergo habuerit terras Ecclesia,

Pa. Pius dia logū scripsit cōtra dona tionē Cōstā tini.

Argumen-  
tum forte.

Car. M. & Pi-  
pinus, spolia-  
tis ueris Im-  
peratoribus  
ecclesiam Ro-  
ditarunt.

Dialogus P̄  
contra. d. C.  
B. Platyna.

Renus ep̄s.

uide gesta Caroli magni, & Pipini, & Plūm in dicto dialo-  
go, & collecta nouissime per dominum Bartholomēum de  
Platyna bibliothecarium, qui omnia instrumenta per  
tinentia ad statum ecclesiæ in temporalibus, præ-  
sertim circa acquisitionem terrarū, & alio-  
rum iurium & censuum, collegit in  
ualde magno uolumine, ad cui-  
us collectionem etiā ope-  
ram nostram præbui-  
mus in reuiden-  
do. Et de dicta donatione & curatio-  
ne lepræ Constantini, lege qua  
late scribit Renus ep̄ico-  
pus Paduanus in hi-  
storia sua de ui-  
tis Pontis  
ficum.

## F I N I S.

Hæc libuit præmittere, quo lector ceu argumento instru-  
ctus, ad legendū Laurentium paratior ueniat.

LAVRENTII VALLENSIS PATRI  
tij Romani de falso credita & ementita Con-  
stantini donatione declamatio.

Lures a me libri compluresq; emissi sunt in  
omni fere doctrinarum genere. In quibus qd'  
p a nonnullis magnisq; & longo iam æuo pro-  
batis autoribus dissentio, cū sint qui indigne  
ferant, meq; ut temerarium sacrilegūq; crimi-  
nentur. Quid tandem nunc facturi quidam putandi sunt?  
quantopere in me debacchaturi? & si facultas datur quam-  
auide me ad suppliciū festinanterq; rapturi? qui non tantū  
aduersus mortuos scribo, sed aduersus etiam uiuos. nec in  
unum alterumue, sed in plurimos. nec contra priuatos mo-  
do, uerum etiam cōtra magistratus. At quos magistratus?  
nempe summū Pontificem, qui non temporali solū arma-  
tus est gladio, regum ac principum more, sed ecclesiastico  
quoq; ut ab eo neq; subter ipsum, ut sic loquar, clipeum ali-  
cuius principum protegere te possis, quo minus excōmu-  
nicatione, anathemate, execratione feriare. Quod si pruden-  
ter ut dixit, sic fecisse existimatus est, qui inquit. Nolo scri-  
bere in eos, qui possunt proscribere, quāto mihi magis idē  
faciendum esse uidetur in eum qui ne proscriptioni quidē  
reliquerit locū, quicq; iniuisibilibus me potestatis suę iaculis  
perlequatur, ut iure possim dicere quo ibo a spiritu tuo, &  
quo a tua fugiā facie? Nisi forte putemus, patientius hæc  
esse laturum summū sacerdotem, q; cæteri facerent. Nihil  
minus siquidem Paulo quod bona se conscientia conuersa-  
tum esse diceret, Ananias princeps sacerdotum coram tri-  
buno qui iudex sedebat iussit obuerberari, & Phassur eadē  
preditus dignitate Hieremiam ob loquendi libertatem cō-  
fecit in carcerem. Sed illum tribunus ac præses, hunc rex  
aduersus iniuriam pontificis tutari & potuit & uoluit. Me  
uero quis tribunus, quis præses, quis rex e manibus sum-

C

mi fæcere, si mī rapuerit ille, etiam ut uelit, eripere pos-  
terit? Verum nō est causa cur me duplex hic periculi ter-  
ror conturbet, arceatq; a proposito. Nam neq; contra ius  
phasq; summo pont. licet aut ligare quippiā aut soluere &  
in defendenda ueritate atq; iustitia profundere animā sum-  
mæ uirtutis, summæ laudis, summi p̄emij est. An uero mul-  
ti ob terrestrem patriam defendendam mortis adiere discri-  
men, ego ob cœlestem patriam assequendam (assequuntur  
autē eam qui deo placent, nō qui hominibus) mortis discri-  
mīne deterrebor? Facest igitur trepidatio, procul abeant  
metus, timores excidat. Forti animo magna fiducia, bona  
spe, defendenda est causa ueritatis, causa iustitiae, causa dei.  
Neq; enim is uerus habendus est orator, qui bene scit dice-  
re, nisi & dicere audeat. Audeamus igitur accusare, quicū-  
que digna committit accusationē. Et qui in omnes peccat,  
unius pro omnī uoce carpatur. At non debeo palam ob-  
iurgare fratrem, sed inter me & ipsum. Immo publice pec-  
cans, & qui priuatum consilium non admitteret, publice ar-  
guendus est, ut cæteri timorem habeat. An non Paulus, cu-  
ius uerbis modo sum usus, in os Petrum coram ecclesia re-  
prehendit, quia reprehensibilis erat? & hoc ad nostram do-  
ctrinam scriptum reliquit. At nō sum Paulus, qui Petrum  
possum reprehendere. Immo Paulus sum qui Paulū imi-  
tor, quemadmodū, quod multo plus est, unus cum deo spi-  
ritus efficior, cum studiose mandatis illius obtēpero. Neq;  
aliquem sua dignitas ab increpationibus, tutū reddit, quæ  
Petrum non reddidit, multosq; alios endem preditos gra-  
du ut Marcellum, quod dīs libasset, ut Celestiniū, quod cū  
Nestorio hæretico sentiret. Ut quosdam etiam nostra me-  
moria, quos ab inferioribus. (Quis enim non est inferior  
papa?) reprehensos scimus, ut taceam cōdemnatos. Neq;  
uero id ago, ut quenpiā cupiā insectari, & in eū quasi Phi-  
lippicas scribere. Hoc em̄ a me facinus procul absit, sed ut  
errorem a mentibus hominū conuellā, ut eos a uicijs skele-

ribusq; uel admoniendo uel increpando summo ueam. Nō  
ausim dicere, ut alij per me edocti, luxuriantem nimis far-  
mentis papalem sedem, quæ Christi uinea est, ferro coerce-  
ant, & plenas uvas, non graciles labruscas ferre compellat.  
Quod cum facio. Num quis erit qui aut mihi os, aut sibi  
aures uelit occludere, ne dicam suppliciū mortemq; propo-  
nere? Hunc ego si hoc faciat, etiam si papa sit, quid dicam  
esse? Bonum ne pastorem: an aspidem surdam, quæ nolit  
exaudire uocē incantantis, uelit eiusdem membra morsus  
p̄stringere uenenoq;. Scio iamdudū expectare aures hoīm  
quod nam p̄tificibus Romanis crimen impingam, profe-  
cto ingens, siue supinæ ignorantiae, siue immanis avaritiae,  
quæ est Idolor̄ seruitus, siue imperādi uanitatis, cuius cru-  
delitas semper est comes. Nā aliquot iam sacerulis aut uero  
intellexerunt donationem Constantini cōmentitiā fictāq;  
esse, aut ipsi finixerunt, siue posteriores in maiorū suorū  
dolis uestigia imprimentes, pro uera, quā falsam cognosce-  
rent, defenderunt. Dedecorantes ponūscatus maiestatem,  
dedecorantes ueterum pontificū memoriam, dedecorantes  
religionē christianā & omnia cædibus minis flagicijsq; mi-  
scentes. Suā esse aiunt urbem Romā, suū regnum Siciliæ,  
Neapolitanūq;. Suā uniuersam Italiam, Gallias, Hispanias,  
Germanias, Britānos, suū deniq; occidentē. Hæc enim cun-  
cta in ipsa donationis pagina cōtineri. Ergo hæc omnia tua  
sunt summe pontifex: omnia tibi in animo est recuperare.  
omnes reges ac principes occidentis spoliare urbibus,  
aut cogere ut annua tibi tributa penitent, sententia est: At  
ego cōtra existimo, iustius licere príncipibus spoliare te im-  
perio omni quod obtines. Nam ut ostendam, donatio illa  
unde natū esse suū ius summi pont. uolūt. Siluestro pariter  
& Constātino fuit incognita. Verū anteq; ad cōfutandā do-  
nationis paginā uenio, qđ unū istor̄ patrocinii est, nō mo-  
do falso, uerū etiā stolidū, ordo postulat, ut altius repetā.  
Et primū dicā, nō tales fuisse Cōstantinū Siluestruq;, illum

C 7

quidem qui donare uellet, qui iuri donare posset, qui, ut in manum alteri ea traderet, in sua haberet potestate. Hunc autem qui uellet accipere, quicq; iure accepturus foret. Secundo loco, si haec nō essent, quae uerissima atq; clarissima sunt, neq; hunc acceptasse, neq; illum tradidisse possessionem rerum quae dicuntur donatae, sed eas semper in arbitrio & imperio Cæsarum permansisse. Tertio nihil datū Siluestro a Constantino, sed priori pontifici, ante quem & baptismū accepit, donaq; illa mediocria fuisse, quibus papa degere uitam posset. Quarto, falso dici, donatio is exemplū aut apud decreta reperi, aut ex historia Silvestri esse sumptū, quod neq; in illa neq; in ulla historia inuenitur. In eo quedam contraria, impossibilia, stulta, barbara, ridicula contineri. Præterea loquar de quorundam aliorum Cæsarum uel simulata, uel fruola donatione. Vbi ex abundantia adiūciam, si Silvester possedisset, tamen siue illo siue quouis alio pontifice a possessione deiecto, post tantū temporis intercedē, nec diuino nec humano iure posse repeti. Postremo ea quae a suo pontifice tenentur nullius temporis longitudine posse præscribi. Atq; quod ad primā partem attinet. (Loquamur aut de Constantino prius, deinde de Silvestro) non est committendum, ut publicam quasi & cæfaream causam, nō maiore q̄ priuatæ solent, ore agamus. Itaq; quasi in contione regum ac principum orans, ut certe facio, nā mea haec oratio in manus eorum uentura est, libet tanq; præsentes, & in conspectu positos alloqui. Vos appello reges ac principes. (Difficile est enim priuatū hominem animi regij conciperre imaginem.) Vestram mentem inquirō, conscientiā scritor, testimonium postulo. Nunquid uestrū quispiam si fuisset Constantini loco, faciendum sibi putasset, ut urbē Romanam, patriam suam, caput orbis terrarū, reginam ciuitatū potentissimam, nobilissimā, ditissimam populoꝝ, triumphatrix nationum, & ipso aspectu sacram, liberalitatis gratia donaret alteri, & se ad humile oppidū cōserret, deinde By-

zantium? Donaret præterea, uha cum Roma, Italiam, non  
prouintiam sed prouintiarum uictricem, donaret tres Gal-  
lias, donaret duas Hispanias, donaret Germanos, donaret  
Britannos, totum donaret occidentem, & se altero ex im-  
perijs oculis orbaret? Hoc ego, ut quis faciat compos men-  
tis, adduci non possum, ut credam, Quid enim uobis expe-  
ctatus, quid iocundius, quid gratius contingere solet, q̄d  
imperijs accessionē uestris uos regniscq̄ adiungere? & lon-  
ge lateq̄ q̄d maxime proferre ditionem? In hoc, ut uidere  
uideor, omnis uestra cura, omnis cogitatio, omnis labor di-  
esq̄ nocteſq̄ consumitur. Ex hoc præcipua spes glorie, pro-  
pter hoc uoluptates relinquitis, propter hoc mille pericula  
aditis, propter hoc carissima pignora, propter hoc partē cor-  
poris æquo animo amittitis. Si quidem neminem uestrū aut  
audiui aut legi a conatu ampliandi imperij suisse deterritū  
q̄d aut luminis, aut manus, aut cruris, aut alterius membris  
facturam fecisset. Quin ipse hic ardor, atq̄ hæc late domi-  
nandi cupiditas, ut quisq̄ maxime potens est, ita cum ma-  
xime angit atq̄ agitat. Alexander non contentus deserta  
Lybiae pedibus peragrasse, orientē ad extremū usq̄ Oceanū  
uicisse, domuisse Septentrionē, inter tot uulnera, tot  
casus recusantibus iam detestabuſusq̄ tam longinquas, tam  
asperas expeditiones militibus, ipse sibi nihil effectisse uide-  
batur, nisi & occidentem, & omnes nationes, aut ui, aut no-  
minis sui autoritate, sibi tributarias reddidisset. Parum dico  
iam Oceanum transire, & si quis alius orbis esset explora-  
re, ac suo subiçere arbitrio destinauerat. In cœlum tandem  
ut opinor, tentasset ascendere. Talis fere est omnium regū  
uoluntas, & si non omnium talis audacia. Taceo quāta sce-  
lera, quot abominanda propter imperium assequendū am-  
pliandumue admissa sunt, ut nec fratres a fratribus, nec filii  
a parentum, nec parentes a filiorum sanguine nefarias ab-  
stineant manus. Adeo nusquā magis, nusq̄ atrocius, grassa-  
ti sole humana temeritas, & quod mirari possis, nō segno.

C iii

res ad hoc uideas animos fenum & iuuenū, orborū & pa-  
rentum, regum & tyrannoꝝ. Qꝫ si tanto conatu domina-  
tus peti solet, quanto maiore necesse est conseruetur. Neqꝫ  
enim tantopere miserum est non ampliari imperium, & im-  
minuere. Negꝫ tam deformi, tibi alterius regnum non ac-  
cedere tuo, & tuū accedere alieno. Nam, quod ab rege ali-  
quo aut populo, legimus, nōnullos præpositos regno aut  
urbibus, id factum est nō de prima, nec de maxima, sed de  
postrema quodammodo ac minima imperij parte. Atqꝫ ea  
ratione, ut donantem, quidonatus est, quasi dñm, & se mini-  
strum illius semper agnosceret. Nunc quoſo nōne abiecto  
animo, & minime generoso uidentur esse, qui opinantur  
Constantinum meliorem a se imperij alienasse partē? Nō  
dico Romanam Italiam & cætera, sed Gallias, ubi ipse præ-  
lia gesserat, ubi solum diu dominatus fuerat, ubi suæ gloriæ  
suicj imperij rudimenta posuerat. Hominem, qui cupiditas  
te dominādi nationibus bella intulisset. Socios affinesqꝫ bel-  
lo ciuili persequutis imperio priuasset. Cui nōndū perdo-  
mita ac profligate reliquie essent alterius factionis. Qui cū  
multis nationibus bella gerere nō modo soleret spe gloriæ  
imperijs, sed & necesse haberet, utpote a Barbaris quotd  
die laceritus. Qui filijs, qui coniunctis sanguine, qui amicis  
abundaret. Qui Senatū populūqꝫ Ro. huic facto repugna-  
turum nosset. Qui expertus esset, instabilitatem uictarū na-  
tionū, & ad oēm fere Ro. principis mutationē rebellantiū.  
Qui ſe meminisset more aliorū Cæsarum non electione pa-  
trum consensuqꝫ plebis, sed exercitu, armis, bello, domina-  
tum occupasse. Quæ tam uehemēs cauſa & urgens ade-  
rat, ut ista negligere, & tanta liberalitate uti uellet? Aiunt,  
quia effectus erat Christianus. Ergo ne imperij optima par-  
te ſe abdicaret? Credo scelus erat, flagitium, nephias, iam re-  
gnare, nec cum christiana religione coiungī poterat regnū.  
Qui in adulterio ſunt, qui uſuris rem auxerunt, qui aliena  
poſſident, hi post baptismū alienā uxorē, alienā pecuniam,

aliena bona reddere solent, hanc cogitationem si habes Cōstantine, restituere urbibus libertatem, nō mutare dominū debes. Sed non id in causa fuit, tātum in honorem religio nis, ut faceres, adductus es. Quasi religiosum sit magis, res gnum deponere q̄ pro tutela religionis illud administrare. Nā quod ad accipientes attrinet, neq; honesta erit illis necq; utilis ista donatio. Tu uero si christianū te ostendere, si pieta tem indicare tuā, si consultū nō dico Rō. ecclesiae uis, sed ec cleſie dei, nunc præcipue, nunc principē agas, ut pugnes p his, qui pugnare nō possunt, nec debent. Ut eos tua auctoritate tutos reddas, qui insidijs iniurīsc; obnoxij sunt. Nas buchodonosor, Cyro, Assuero, multisq; alijs principib; sacramentū ueritatis deus aperire uoluit, a nullo tamen eorum exegit, ut ī imperio cederet, ut partem regni donaret, sed tantū libertatē Hebræis redderet, eosq; ab infestantib; sinitimis ptegeret. Hoc satis fuit Iudeis, hoc sat erit & christianis. Factus es Constantine christianus. At indignissima res est, christianū te nunc ī imperatore, minorē esse principatu, q̄ fueras infidelis. Est enim principatus præcipuū quod dam dei munus, ad quem Gentiles etiam principes a deo eligi existimantur. At erat leuatus a lepra, ideo uerosimile est referre gratiam uoluisse, & maiore mensura reddere qd; acceperat. Ita ne? Naaman ille Syrus ab Helisæo curatus, munera tantum offerre uoluit, non dimidium bonorum, Constantinus dimidium ī imperium obtulisset. Piget me impulenti fabellæ tanq; indubitatæ historiæ respōdere. Sie enim hæc fabula, ex historia Naaman & Helisæi, ut altera draconis, ex fabuloſo dracone Beli adumbrata est. Sed ut ista concedā, nunquid in hac historia de donatione fit mentio: Minime. Verum de hoc cōmodius postea. Leuatus est a lepra, coepit ob id mentē christianā, dei timore, dei amore imbutus est, illi honorē habere uoluit. Nō tamen psuaderi possum eū tāta donare uoluisse. Quippe cū uideā neminem, aut Gentile in honorē deorū, aut fidelē in honorē dei

uiuentis imperium deposuisse, sacerdotibusq; donasse. Si quidem ex regibus Israel nemo adduci potuit, ut pristino more ad templum Hierusalem populos sacrificaturos ire permetteret, eo uidelicet timore, ne forte ad regem Iudea a quo defecerant redirent, sacro illo cultu religionis admoniti ac templi maiestate. At quanto hoc magis est, quod fessisse dicitur Constantinus? Ac ne quid tibi propter curationem lepræ bladiaris, Hieroboam primus a deo in regem Israel electus est, & quidē ex infima conditione, quod mea sententia plus est, q; esse lepra lauatum, & tamen is non est ausus regnum suum deo credere, & tu uis Constantinum regnum deo donasse, quod ab illo nō accepisset? Qui præsertim id quod in Hieroboam nō cadebat offendere filios deprimeret amicos, negligenter suos, lederet patriam, moero re omnes afficeret, & quasi in alium hominem uersus. Ceteri non defuerint qui eū admonerent, & in primis filii, propinqui, amici. Quos quisquis est qui non putet, p̄tinus Imperatorē fuisse adituos? Ponite igit̄ illos ante oculos mente Cōstantini audita, trepidos, festinātes, cū gemitu lachrymisq; ad genua principis procubentes, & hac uoce utentes

Ita ne pater antehac filior̄ amantissime, filios priuas, ex hæredas, abdicas. Nam q; te optima maximaq; Imperij parte exuere uis nō tam querimur q; miramur. Querimur aut̄ q; eam ad alios defers, cum nostra & iactura & turpitudine. Quid enim causæ est, q; liberos tuos expectata successione Imperij fraudas, qui ipse una cū patre regnastis? Quid in te cōmisiimus? qua in te, qua in patriam, qua in nomen Romanum, ac maiestatē Imperij impietate digni uidemur, quos præcipua optimaq; priues principatus portione, qui apatrijs laribus a cōspectu natalis soli, ab assueta aura, a uertusta consuetudine relegemur? Penates, phana, sepulchra exules relinque mus, nescio ubi aut̄ qua terrarū regione uisituri? Quid nos propinqui, quid nos amici, qui tecum rosiles in acie stetimus, qui fratres parentes filios hostili mus crone

erone confosso, palpitantesq; conspeximus, nec aliena morte territi sumus, & ipsi parati pro te mortem oppetere, nūc abs te uniuersi destituimur? Qui Romę gerimus magistratus, qui urbibus Italiæ, qui Gallijs, qui Hispanijs, qui ceteris prouintijs præsumus, aut præfuturi fuimus, omnes neuocamur, omnes priuati subemur esse? An iacturā hanc aliunde pensabis? Et quomodo pro merito ac pro dignitate te poteris, tanta orbis terraꝝ parte alteri tradita? Num qui præerat centum populis, eū tu Cæsar uni præficies? Quomodo tibi istud in mentem uenire potuit? quomodo subiecta tuorꝝ te coepit obliuio, ut nihil te misereat amicorū, nihil proximorꝝ, nihil filiorum? Utinam nos Cæsar salua tua dignitate atq; uictoria in bello contigisset occumbere potius, q; ut ista cernamus. Et tu quidē de imperio tuo ad tuum arbitratum agere potes, atq; etiam de nobis, uno dūtaxat excepto, in quo uel ad mortem usq; erimus contumaces, ne a cultu deorum immortalium desistamus, magno etiā alijs exemplo, ut scias tua ista largitas quid mereatur de religione christiana. Nam si non largiris Siluestro imperium, tecū Christiani esse uolumus, multis factum nostrū imitaturis. Sin largiris, non modo christiani fieri nō sustinebimus, sed inuisum, detestabile, execrādum, nobis hoc nomen efficies. Talesq; reddes, ut tandem tu & uita & mortis nostræ miserearis. Nec nos sed te ipsum duricīæ accuses. Nonne hac oratione Constantinus, nisi extirpatam ab eo uolumus humanitatē, si sua sponte nō mouebatur, motus fuisset? Quid si hos audire noluisset? Nonne erant qui huic facto & oratione aduersarentur & manu? An. S.P.Q.R. sibi tanta in re nihil agendum putasset? Nonne oratorem, ut ait Virgilius grauem pietate & meritis aduocasset, qui apud Constantium hanc haberet orationem.

Cæsar, si tu tuorꝝ immemor es, atq; etiam tui, ut nec filijs hereditatem, nec propinquis opes, nec amicis honores, nec sibi imperium esse integrum uelis. Non tamen S.P.Q.R.

D

immemor potest esse sui iuris, siveq; dignitatis. Etenim quo  
tibi tantū permittis de imperio Ro. qd' nō tuo sed nostro san  
guine partū est: Tu ne unū corpus in duas secabis partes  
& ex uno duo efficies regna, duo capita, duas uoluntates:  
& quasi duobus fratribus gladios, qui de hereditate decer  
nāt, porriges: Nos ciuitatibus, quæ de hac urbe beneme  
ritæ sunt, iura ciuitatis damus, ut ciues Ro. sint. Tu a nobis  
dimidiū imperij auferas, ne hanc urbē parentē suā agnoscat.  
Et in aliis quidē apī si duo reges nati sint, alterū q; deters  
or est occidimus. Tu ne in alio imperij Ro. ubi unus &  
optimus princeps es, alterū & hūc deterrimū, & nō apem,  
sed fucū collocandū putas: Prudentiā tuā uehementer de  
syderamus Imperator. Nā quid futurū est, si uel te uiuo, uel  
post tuā mortē, aut huic parti quē alienas. Aut alteri quā tibi  
relinquis, bellū a barbaris nationibus inferat: Quo robore  
militū, quibus copijs occurremus: Vix nunc totius impe  
rij uiribus possumus, tunc poterimus: An perpetuo mem  
brum hoc cū illo in concordia erit: Ut reor, nec esse pote  
rit, quū Roma dominari uelit, nolit pars illa seruire. Quin  
& te uiuo, breue intra tēpus, reuocatis ueteribus præsidjs,  
suspectis nouis te in tuum regnum profecto & longe agen  
te hic altero dominante, nonne omnia noua, id est diuersa  
atq; aduersa erunt: Regno fere inter duos fratres diuisio,  
protinus & populorū animi diuiduntur, & prius a seipsis,  
q; ab externis hostibus bellum auspicantur. Idem euentu  
rum in hoc imperio quis nō uidet: An ignoras hanc olim  
imprimis fuisse causam optimatibus cur dicerent citius se  
in cōspectu po. Ro. esse morituros, q; rogationem illam fer  
ri sinerent, ut pars Senatus ac pars plebis ad incolēdum Ve  
ios mitteretur, duacq; urbes communes pop. Ro. esse: Si  
enim in una urbe tantū dissensionum esset, quid in duabus  
urbibus futurū: Ita hoc tēpore, si tantū discordiarū, in uno  
imperio, testor conscientiā tuā ac labores, quid in duobus  
imperijs fieri: Age uero putas ne hinc fore, qui ubi bellis

occupato esse auxilio aut uelint, aut sciant? Ita ab armis  
atq; ab omni re bellica abhorrentes erunt, qui p̄ficientur m̄t  
litibus atq; urbibus, ut ille qui p̄ficit. Quid: nōne hunc tā  
imperii regnandi, & iniuriæ facilē, aut Ro. legiones, aut  
ipsæ, p̄uinctiæ spoliare tentabunt? Vt quē sperabunt uel nō  
repugnaturū, uel poenas nō repetiturū, Credo me hercule  
ne unū quidē mēsem illos in officio māsuros, sed statim, &  
ad primū p̄fectionis tuæ initium rebellaturos. Quid facies?  
Quid cōsilij capies, quū duplici atq; adeo multiplici bello  
urgeberet? Nationes, quas subegimus, cōtinere uix possua-  
mus, quō illis accedente ex liberis gentibus bello resistet?  
Tu Cæsar, qd ad te spectet, ipse uideris, nobis aut̄ hēc res nō  
minus, q̄ tibi, curæ esse debet. Tu mortal is es, Imperiū pos-  
puli Ro. deces esse immortale, & quantū in nobis est, erit;  
neq; imperium modo, uerum etiam pudor. Scilicet, quorū  
religionem contemnimus, eorum accipiemus imperium?  
& prīncipes orbis terrarum huic contemptissimo homini  
seruiemus? Urbe a Gallis capta, Romani senes demulceri  
sibi barbam a uictoribus passi non sunt. Nunc sibi tot sena-  
torij ordinis, tot prætorij, tot tribunitij, tot consulares, tri-  
phalesq; uiri, eos dominari patientur, quos ipsi tanq; seruos  
malos omni cōtumelijs genere suppliciorūq; affecerunt?  
Isti ne homines magistratus creabunt? prouintias regent?  
bella gerent? de nobis sententias capitū ferent? Sub his no-  
bilitas Romana stipēdia faciet? honores sperabit? munera  
assequebit? Et qd maius, quodq; altius penetret uulnus acci-  
pere possumus? Nō ita putas Cæsar Ro. degenerasse san-  
guinem, ut istud passurus sit æquo animo, & nō quauis ra-  
tione deuitandū existimet, qd mediussidiūs neq; mulieres  
sustinerent, sed magis se una cum dulcibus liberis, sacrificisq;  
penatibus concremarent. Vt non Carthaginenses foemine  
fortiores fuerint, q̄ Romanæ. Etenim Cæsar si regem te de-  
legissemus, haberes tu quidem magnum de imperio Ro.  
agendi arbitrium, sed nō ita ut uel minimum de ipsius im-

minores maiestate. Alioquin qui te fecissemus regem, eadem facultate te regno abdicare iuberemus, nedum possit regnum diuidere, nedum tot prouintias alienare, nedum ipsum regni caput peregrino atq; humiliissimo homini addicere. Canem ouili praefecimus, quē, si lupi mauult officio fungi, aut ejscimus, aut occidimus. Nunc tu cum diu canis officio in ouili Romano defendendo sis functus, ad extre-  
mum in lupum nullo exemplo conuerteris? Atq; ut intel-  
ligas, quandoquidem nos pro iure nostro coges asperius loqui, nullum tibi in populi Ro. imperio ius est. Cæsar ut dñatum occupauit, occupauit Augustus, & in uitium successit, & aduersarioꝝ partium profligatione se dñm fecit. Tibe-  
rius, Gaius, Cladius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespa-  
sianus, ceteriq; aut eadem aut simili uia libertatem nostram prædati sunt. Tu quoq; alijs expulsis, aut interemptis do-  
minus effectus es. Sileo, q; ex matrimonio natus non sis.  
Quare ut tibi nostram mentem testificemur Cæsar, si non  
libet tibi Romæ principatum tenere, habes filios, quorum  
aliquem in locum tuum nobis quoque permittentibus, ac  
rogantibus naturæ lege substituas. Si minus, nobis in an-  
imo est, publicam amplitudinem, cum priuata dignitate de-  
fendere. Neq; enim minor hæc iniuria quiritu, q; olim fuit  
violata Lucretia. Neq; nobis deerit Brutus, qui cōtra Tar-  
quinium se ad libertatem recuperandam huic populo præ-  
beat ducem. Et in istos primum quos nobis præponis, de-  
inde & in te ferrum stringemus. Quod in multos Impera-  
tores, & quidem leuiores ob causas fecimus. Hæc profe-  
cto Constantiu, nisi lapidem eum aut truncum existima-  
mus, permouissent. Quæ, si populis non dixisset, tamen dī-  
cere apud se, & his passim uerbis fremere, credibile erat. Ea  
enim nunc, & dicamus Constantini gratificari uoluisse Sil-  
uestro, quem tot hominum odijs, tot gladijs subiiceret, ut  
ut, quantum sentio, unum Silvester diem in uita facturus  
fuisse. Nā eo, paucisq; alijs absumptis, uidetur omnis sub-

latum ire de pectoribus Romanorum, tam diræ iniuriae contumeliarum sulphitio. Age porro si fieri potest concedamus, neque preces, neque minas, neque ullam rationem aliquid profecisse, perfidareque adhuc Cōstantinum, nec uelle a suscepta semel persuasione discedere. Quis nō ad Siluestri orationē si res uera fuisset, unquam commotum assentiarū: quia talis haud dubie fuisset.

### Oratio Silvestri ad Constantimum.

Princeps optime, ac fili Cēsar. Pietatem quidem tuā tam pronam, tamq; effusam, non possum nō amare atq; amplecti, ueruntamen quod in offerendis deo munib; immo landisq; uictimis nonnihil erres, minime demiror, quippe qui adhuc es in christiana militia Tiro. Vt nō decebat olim a sacerdote omnem pecudem, feramq; & ouem sacrificari, ita non omne ab eodem accipiendum est munus. Ego sacerdos sum, ac Pontifex, qui despicere debeo, quid ad altare patiar offerri. Ne forte, non dico immundū animal offeratur, sed uipera aut serpens. Itaq; sic habeas. Si foret tui iuris, partem imperij cum regina orbis Roma alteri tradere quam filijs, quod minime sentio, si populus hic, si Italia, si exteræ nationes sustinerent, ut quos oderunt, & quorum religionem adhuc respnuunt, capti illecebris sacruli, eorti im perio obnoxij esse uellent, qđ impossibile est, tamen si quid mihi credendum putas fili amantissime, ut tibi assentiar, uela adduci ratione non possum, nisi uellem mihi ipsi esse diffinis, & conditionem meam obliuisci, ac propermodū dominū Iesum abnegare. Tua enim munera, siue ut tu uis, tuę remunerations, & gloriam, & innocentia, & sanctimoniam meam, atq; omnium qui mihi successuri sunt, polluerent, ac prorsus euerterent, uiamq; ijs qui ad cognitionem ueritatis uenturi sum, intercluderent. An uero Heliſeruſ a Naaman Syro, a lepra curato, mercedem accipere noluit, ego te curato accipiam? Ille munera respuit, ego regna mihi dari sinam? Ille personam prophetæ maculare noluit, ego pen-

D iii

Sonam Christi, quā in me gero, maculare potero? Cur atq;  
ille accipiendis muneribus personam prophetæ maculari  
putavit? Nempe quod uideri poterat, uendere sacra, fœne  
rare donum dei, indigere præsidij hominum, eleuare atq;  
imminuere beneficij dignitatē. Maluit ergo sibi principes:  
ac reges bñficiarios facere, qz ipse beneficiarius illorū esse. I  
Immo ne mutua quidem beneficētia uti. Beatius est enim  
multo, ut inquit dominus, dare qz accipere. Eadē mihi atq;  
adeo maior est causa, cui etiam a domino præcipitur dicen-  
te, infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mūdate, dæ-  
mones ejicite, gratis accepistis, gratis date. Ego ne tantum  
flagitium admittam Cæsar, ut dei præcepta non exequar &  
ut gloriam meam polluam? melius est, ut inquit Paulus,  
mihi mori, qz ut gloriam meā quis euacuet. Gloria nostra  
est, apud deum honorificare ministeriū nostrum, ut idem  
inquit, uobis dico gentibus, qdū ego quidem sum gentiū.  
Apostolus, glorificabo ministerium meum, ego Cæsar alijs  
quoq; sim, & exemplum, & causa delinquendi, christianus  
homo, sacerdos dei, pontifex Romanus, uicarius Christi. I  
Nam uero innocentia sacerdotum quomodo incolumis eris  
inter opes, inter magistratus, inter administrationem secula-  
larium negotiorū? Ideo ne terrenis renunciamus, ut eadem  
überiora assequamur? Et priuata abiecimus, ut aliena possit  
deamus, & publica? Nostræ erunt urbes, nostra tributa, no-  
stra uectigalia. Et cur clericos, si hæc fecerimus, nos uocari  
licebit? pars nostra, siue sors, quæ græce dicitur κληρος, do-  
minatus est non terrenus sed coelestis. Leuitæ, qui idem cle-  
rici sunt, partem cū fratribus non fuere sortiti, & tu nos iu-  
bes etiam fratrum sortiri portionem? Quo mihi diuitias  
atq; opes, qui domini uoce iubeor nec de crastino esse solli-  
citus? & cui dictū est ab illo, nolite thesaurizare super ter-  
ram, nolite possidere aurū, necq; argentū, necq; pecuniam, in  
zonis uestris. Et, difficultius est diuitē introire in regnū coe-  
jorum, qz Camelū per foramen acus transire. Ideoq; paupe-

res sibi ministros elegit, & qui omnia reliquerunt, ut eū se-  
querentur, & paupertatis ipse fuit exemplū. Vsq; adeo diu-  
tiarum pecuniarū tractatio innocētā inimica est, nō mo-  
do possesso illarē atq; dominatus. Vnus Iudas, qui loculos  
habebat, & portabat quae mittebantur, prævaricatus est, &  
amore pecunie cui assueuerat, magistrū, dñm, deū, & repre-  
hendit, & prodiit Itaq; uereor Cæsar, ne me ex Petro fa-  
cias Iudā. Audi etiā quid Paulus dicat. Nihil intulimus in  
hunc mundum. haud dubiū, quod nec auferre quid possu-  
mus, habentes aut alimenta, & quibus tegamur, his conten-  
ti sumus. Nā qui uolunt diutes fieri, incident in tentatio-  
nem, & in laqueū diaboli, & desyderia multa, & inutilia, &  
nocua, quae mergunt homines in interitū & perditionē. Ra-  
dix enim omniū malorū est cupiditas, quā quidem appeten-  
tes, errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.  
Tu aut̄ homo dei hæc fugie, & tu me accipere iubes Cæsar  
qua uelut uenenū effugere debeo : & quis præterea, pro  
tua prudentia Cæsar cōlyderes, quis inter hæc diuinis re-  
bus faciendis locus : Apostoli, quibusdā indignatibus qđ  
uiduæ ipsorū in ministerio quotidiano despicerent, respon-  
derunt, non esse æquum relinquere se uerbum dei, & mini-  
strare mensibus, & tamen uiduis ministrare, quanto aliud  
est qđ exigere uectigalia : curare ærarium : stipendum nu-  
merare militibus : & mille alijs curis huiusmodi implicari :  
Nemo militas deo, implicat se negotijs secularibus, inquit  
Paulus. Nunquid Aaron, cum cæteris leuitici generis, ali-  
ud qđ domini tabernaculum procurabat : Eius filij, quia  
ignem alienum in thuribula sumperant, igni coelesti cōfla-  
grauerunt. Et tu iubes nos ignē seculariū diuinarū, uetū,  
ac pphantū, in sacrata thuribula, id est in sacerdotalia opera  
sumere : Nū Eleazar, nū Phinees, nū cæteri pontifices, mi-  
nistriq; aut tabernaculi, aut tēpli, quicq;, nisi quod ad rem  
diuinā pertineret, administrabantur. Administrabat dico. Im-  
mo, administrare poterat, si officio suo satisfacere uolebat :

Quod si nolint, audient execrationē domini dicentis. Male dicti qui opus domini faciunt negligenter. Quae execratio quā in omnes, tum in pontifices maxime cadit. O quantum est pontificale munus. Quantum est caput esse ecclesiae. Quantum est praeponi pastorem tanto ouili, e cuius manu uniuscuiusq; agnī, ouisq; amissæ sanguis exigitur. Cui dictum est, si amas me plusq; alij, ut fateris, pasce agnos meos. Iterum si amas me, ut fateris, pasce oves meas. Tertio si amas me, pasce oves meas. Et tu iubes Cæsar capras etiam pascere, & porcos, qui nequeunt ab eodem pastore custodiri. Quid, quod me regē facere uis, aut potius Cæsarem, id est regū principem? dominus Iesus christus, deus & homo, rex & sacerdos, quā se regem affirmaret, audi de quo regno locutus est. Regnū meū inquit non est de hoc mundo. Si enim de hoc mundo esset regnū meū, ministri mei utiq; decertarēt. Et quæ fuit prima uox, ac frequenter clamor prædicationis eius? Nonne hæc? Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnū celorū. Appropinquauit regnū dei, cui cōparabitur regnū celorū. Nonne cū hæc dixit, regnū sacerulare nihil ad se pertinere declarauit? Eoq; non modo regnū huiusmodi nō quæsiuit, sed oblatū quoque accipere noluīt. Nam cū intelligeret aliquando, populos destinasse ut eum raperent, regemq; facerent, in montib; solitudines fugit. Quod nobis qui locū ipsius tenemus, nō solū exemplo dedit imitandum, sed etiā præcepto, inquit. Principes gentiū dominantur eorū. Et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos, sed quiscumq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit primus inter uos esse, erit uester seruus. Sicut filius hominis nō uenit ut ministret ei, sed ut ministret, & det animam suam redemptionem pro multis. Iudices olim deus, ut scias Cæsar, constituit super Israel, nō reges, populumq; sibi nomen regium postulantem, detestatus est. Nec aliter ob duritiam cordis illorum regem dedit, q; q; repudiū permis

permiseras, qđ in noua lege reudeauerit. Et ego regni accipit  
qui uix iudex esse permittor? An nesciut, inquit Paulus,  
qđ sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudica-  
bitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Ne-  
scitis quod angelos iudicabimus, quanto magis secularia?  
Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui  
sunt in ecclesia, eos constituite ad iudicandum. At qui iudi-  
ces de rebus controuersiis tantummodo iudicabant, nō etiā  
tributa exigebant. Ego exigam, qui scio a dño interrogatū  
Petrum, a quibusnam reges terrae acciperent tributum, cen-  
sumue, a filijs an ab alienis? Et quum hic respondisset, ab  
alienis, ab eodem dictum, ergo liberi sunt filij. Qz, si omnes  
filij mei sunt Cæsar, ut certe sunt, omnes liberi erunt, nihil  
quisq; soluet. Igitur non est opus mibi tua donatione, qua  
nihil assecuturus sum, præter laborem, quē ut minime des-  
beo, ita minime possum ferre. Quid quod necesse habere,  
potestatem exercere sanguinis, pumire sonores, bella gerere,  
urbes diripere, regiones ferro igniq; uastare? Aliter nō est  
quod sperem, posse me tueri, quæ tradidisses. Et si hæc fece-  
so, sacerdos, pontifex, Christi uicarius sum? Ut illū in me  
zonantem audiam, atq; dicentem. Domus mea domus ora-  
tionis uocabitur, omnibus gentibus, & tu fecisti eā spelun-  
cam latronum. Non ueni in mundum, inquit dominus, ut  
iudicem mundum, sed liberem eum, & ego qui illi successi  
causa mortiū ero? Cui in persona Petri dictum est. Cōuer-  
te gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui accepe-  
rint gladium, gladio peribunt. Ne defendere quidem no-  
bis ferro nos licet. Siquidem defendere dñm Petrus uole-  
bat, cum auriculam abscidit seruo, & tu diuitiarz aut cōpar-  
sandarum aut tuendarz causa, uti ferro nos iubes? Nostra  
potestas est potestas claviū, dicente domino. Tibi dabo cla-  
ues regni coeloz. Quodcunq; ligaueris super terram, erit  
ligatum & in coelis, & quodcunq; solueris super terrā, erit  
solutum & in coelis, & portæ inferi nō præuaebunt aduers

B

Ius eas. Nihil ad hanc potestatem, nihil ad hanc dignationem  
nihil ad hoc regnum adjici potest. Quo qui contentus non  
est, aliud sibi quoddam a diabolo postulat, qui etiam domi-  
no dicere ausus est. Tibi dabo omnia regna mundi, si cades  
in terram adoraueris me. Quare Cæsar, cum pace tua dis-  
cetum sit, Noli mihi diabolus effici, qui Christum, id est me,  
regna mundi a te data accipere iubeas. Malo enim illa sper-  
nere quam possidere. Et ut aliquid de infidelibus, sed ut spero,  
futuris fidelibus loquar, noli me de angelo lucis reddere in  
lis angelum tenebras, quorum corda ad pietatem inducere uolo,  
non ipso ceruici iugum imponere, & gladio quod est uerbū dei  
non gladio ferri mibi subiungere, ne detiores efficiantur, ne  
recalcitrent, ne cornu me ferient, ne nomen dei meo irritati  
errore blasphement. Filios mihi charissimos uolo reddere,  
non seruos, adoptare, non emere, generare, non manucapere  
animas eorum offerre sacrificium deo non diabolo corpora. Di-  
scite a me inquit dominus, qui mitis sum, & humili corde. Capi-  
te iugum meum, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum  
enim meum suave, & podus meus leue. Cuius ad extremum,  
finem faciam, illam in hac re sententiam accipe, quam quasi inter me  
& te tulit. Reddite quae sunt Cesaris Cesar, & quae sunt dei  
deo. Quo sit, ut nec tu Cæsar tua relinquere, neque ego qua  
Cesaris sunt, accipere debeam, quae uel si millies offeras num  
quam accipiam. Ad hanc Siluestri orationem apostoli  
co uiro dignam, quid esset, quod amplius Constantinus pos-  
set opponere? Quod quia ita sit, qui aiunt donationem fa-  
ctam esse, nonne iniuriosi sunt in Constantium, quem suos  
priuare, imperiumque Ro. uoluisse conuellere. Iniuriosi ha  
S.P.Q. R. Italiam totumque occidentem, quem contra ius  
phasque imperium mutari permisisse. Iniuriosi in Siluestrum,  
quem indignam sancto uiro donationem acceptam habuisse, Iniu-  
riosi in summum pont. cui licere terrenis potiri regnis, & Ro.  
moderare imperium, arbitrantur. Hæc tamen omnia eo per-  
tinent, ut appareat Constantium, inter tota impedimenta, nun

quam fuisse facturū, ut rem romanā Siluestro ex maxima  
parte donaret, quod isti aiunt. Age porro, ut credamus istā  
donationem, de qua facit pagina uestra mentionem, debet  
constare etiā de acceptatione Siluestri. Nunc de illa nō cō  
stat. At credibile est dicitis ratam hunc habuisse donationē,  
ita credo, nec ratam habuisse modo, uerum etiam petuisse, ro  
gasſe, precibus extorsisse credibile est. Quid uos credibile  
quod præter opinionem est hominū, dicitis? Nec quia in  
pagina priuilegiū de donatione fit mentio, putandū est fuiſſe  
acceptatā. Sed econtrario, quia nō fit mentio de accepta-  
tione, dicendum est nō fuisse donatū. Ita plus cōtra uos fa-  
cit, hunc donū respuisse, q̄d illum dare uoluisse. & beneficiū  
in inuitum nō confertur. Nec uero tantū donata respuisse  
Siluestrum suspicari debemus, sed tacite etiā indicasse, nec  
illum dare iuste. nec se iure accipere posse. Sed o cæcā sem  
per inconsultamq; avaritiam. Demus, ut tabulas quoq; de  
assensu Siluestri proferre possitis, ueras, incorruptas, synce-  
ras, num protinus donata sunt, quæ in tabulis continentur?  
Vbi possessiō? Vbi in manus traditiō? Nam si cartam pno  
do Constantinus dat, non gratificari Siluestro uoluit, sed si  
ludere. Verisimile est dicitis, qui donat quip̄iam, eum &  
possessionem tradere. Videte quid loquamini, quā posses-  
sionem nō esse datā constet, & an datum sit ius ambigitur.  
Verisimile est, qui possessionē nō dedit, etiā ne ius quidē da-  
re uoluisse. An nō cōstat possessionē nūq; traditā fuisse, qd  
negare impudētissimū est. Nūquid Siluestru Cōstantinus  
in Capitoliū, quasi trūphantē, inter frequēdū quirītū sed in  
fidelī plausum duxit? In sella aurea simul assūtē uniuersi-  
so Senatu collocavit? Magistratus p sua quenq; dignitate  
regē salutare & adorare iussit? Hac erga nouos principes  
sieri solēt, nō tantū aliquod palliatum uelut Lateranense tra-  
di. Nā postea per uniuersam Italā circūduxit? Adiūt cū illo  
Gallias? Adiūt Hispanias? Adiūt Germanos, ceterūq; occidē-  
tem? Aut si grauabant ambo tantū obire terrare, quibusnā

tam ingens officium delegarunt? qui & Cæsaris uice tra-  
derent possessionem, & Siluestri acciperent? Magni hi uiri,  
atq; eximiae autoritatis esse debuerūt, & tamen qui fuerint  
ignoramus. Nostra memoria, ut exempla uetus omittāt,  
nunq; aliter factitatum uidimus, quū quis aut urbis, aut re-  
gionis, aut prouintiæ dominus factus est, ita demum traditio-  
tam existimari possessionem, si magistratus pristini summo-  
ueantur, nouiq; subrogentur. Hoc si tunc Silvester fieri nō  
postulasset, tamen magnificentię Cōstantini intererat, ut de-  
clararet non uerbo sed, sed re possessionē tradere, suos præ-  
sides amouere, aliosq; ab illo substitui iubere. Non traditur  
posseſſio, quæ penes eosdem remanet, qui possidebant, &  
nouus dominus illos summouere non audet. Sed fac istud  
quoq; non obſtare, & nihilominus putari Silvestru posſeſſo-  
diſſe, atq; omnia præter morem, præterq; naturam tunc esse  
dicamus administrata. Postq; ille abiit, quos prouintijs ut  
bibusq; rectores Silvester præposuit: quę bella gessit: quas  
nationes ad arma spectantes oppresſit: per quos hæc admi-  
nistrauit: Nihil horum scimus, respondetis. Ita puto, no-  
cturno tempore hæc omnia geraſta sunt, & ideo nemo uidit:  
Age fuit in possessione Silvester? Quis eum de posſeſſio-  
ne deiecit? Nam perpetuo in possessione non fuit, necq; sue  
cessorum aliquis faltem, usq; ad Gregorium magnū, qui &  
ipſe caruit posſeſſione. Qui extra posſeſſione eſt, nec se ab  
ea deiectum probare potest, is profecto nunq; posſedit, &  
si se posſedisse dicat, insanit. Vides ut te insanum etiam pro-  
bo? Alioquin dic quis papam deiecit, ipſe ne Cōstantinus,  
an eius filij, an Iulianus an aliquis alius Cæſar? Profer no-  
men expulſoris, pfer tempus, unde primū, unde secūdo, ac  
deinceps expulſus eſt. Num per ſeditionem, & cædes, an  
ſine his? coniurarunt in eum pariter nationes, an quæ pri-  
ma? Quid? nemo omniū auxilio fuit? Ne illorum quidē  
qui per Silvestru aliumue papā præpositi urbibus ac pro-  
vintijs erant? Vno die uniuersa amilic: an paulatim & per

partes? Restitit ipse suicq; magistratus, an ad primitum tumulos  
cum se abdicarunt? Quid? ipsi uictores non in eam fecerunt  
homini, quam indignam imperio ducebant, ferro grassati  
sunt? In ultionem contumelie, in tutelam occupate domi  
nationis, in contemptum religionis nostrae, in ipsum etiam  
posteritatis exemplum. Omnino eorum qui uicti sunt, nemo  
fugam coepit? nemo latuit? nemo timuit? O admirabilem  
calum. Imperium Romanum tantis laboribus tanto cruento par-  
tum, ita placide tam quiete a christianis sacerdotibus uel par-  
tum est, uel amissum, ut nullus crux, nullus bellum, nulla que-  
rela intercesserit. Et quod non minus admirari debeas, per  
quos hoc gestum sit, quo tempore, quomodo, quadiu, pro-  
sus ignotum. Putes in sylvis inter arbores regnasse Siluestrum,  
non Romam, & inter homines, & ab hybernis imbris frig-  
oribusq; non ab hominibus eiectum. Quis non habet co-  
gnitum, qui paulo plura lectiarit, quot reges Romam, quot  
consules, quot dictatores, quot tribuni plebis, quot cense-  
res, quot aediles creati fuerint, nemoq; ex tanta hominum co-  
pia, ex tanta ueritate nos fudit. Scimus item quot Atheni  
ensium duces, quot Thebanorum, quot Lacedemoniorum ex-  
isterint, pugnas eorum terrestres naualesq; uniuersas tenie-  
mus. Non ignoramus qui reges Persarum, Medorum, Chaldeorum,  
Hebraeorum fuerint, aliorumq; plurimorum. Et quoniam horum  
quisque aut acceperit regnum, aut tenuerit, aut possiderit, aut re-  
cuperauerit. Romanum aut, siue Silvestrianum imperium, qua ra-  
tione incepit, aut qua desierit, quando, per quos, in ipsa  
quoque urbe nescitur. Interrogo enim quos harum rerum tes-  
tes, auctoresq; proferre possitis? nullos respondetis. Et non  
pudet uos non tam homines q; pecudes dicere uerisimile  
esse Siluestrum posseditisse? Quod quia uos non potestis,  
ego econtrario docebo, ad ultimum usq; diem uitæ Constanti-  
ni, & gradatim deinceps oes Cesares posseditisse, ut ne quid  
habeatis quod hiscere possitis. At per difficile est, & magni-  
us opinor operis hoc docere. Euoluatur omnes latine gra-

E iii

ex his historiæ clementur cæteri autores, qui de illis meminere temporibus, at neminem reperies, in hac re ab alio discrepare. Vnū ex mille testimonij sufficiat. Eutropius, qui Cōstantinum, qui tres Constantini filios a patre relictos, domi nos orbis terrarū uidit, qui de Julianō filio fratri Constanti ni ita scribit. Hic Julianus qui fuit Diaconus in Ro. ec. Imperatorq; effectus apostolauit in Idolorū cultū, rerū potitus est, ingentiq; apparatu Parthis intulit bellū. Cui expeditiōni ego quoq; interfui. Nec de donatione imperij occidētia tacuisse, nec paulo post de Iouiano, qui successit Julianō, ita dixisset. Pacem cū Sapore necessariā quidē, sed ignobilē fecit, mutatis finib; ac nōnulla imperij Ro. parte tradita, qd ante, ex quo Ro. imperiū conditum erat, nunq; accidit. Quia etiā legiones nostre apud Claudiu[m] proponit Telestium, & in Hispania apud Numantiam, & in Numidia sub iugo missæ sunt, ut nihil tñ finiū traderetur. Ho[mo] loco libet uos q; nuperrime defuncti estis, cōuenire pon. Ro. & te Eugenij, qui uiuis cū felicis tamen uenia. Cur donationē Constantini magno ore iactitatis, frequenterq; uos ultores erepti imperij quibusdā regibus principibusq; minamini? & confessionē quandā seruitutis a Cætare, dū coronandus est, & a nonnullis alijs principibus extorquetis? Veluti ab rege Neap. atq; Siciliæ, id qd nunq; aliquis ueterū Ro. pont. fecit, nō Damasus apud Theodosiu[m], nō Syrinus apud Archadiūm, nō Anastasius apud Honoriū, nō Ioānes apud Iustiniānum, nō alij apud alios sanctissimi Papæ apud optimos Cæsares, sed semper illore Româ Italiciq; cū puintijs quos nōmīnauit fuisse professi sunt. Eoq; numismata aurea, ut de alijs monumentis sileā, tēplisq; urbis Ro. circūferuntur, nō græcis, sed latinis literis inscripta, Constantini iam christiani, & deinceps cunctorū ferme Imperatorū, quoq; multa p[ro]nes me sunt, cū hac plerunq; subscriptione, subter imaginē crucis, Concordia orbis, qualia infinita reperiētur summo rum pont. si unq; Romæ imperassetis, quæ nulla reperiu

tur, necq; àurea, necq; argentea, necq; ab aliquo uisa memorari  
tur, & tamē necesse erat illo tēpore propriū habere numis-  
ma, quisquis imperiū Romæ teneret, saltē sub fīmagine sal-  
uatoris aut Petri. Proh imperiā hominū, nō cernitis si do-  
natio Cōstantini uera est, Cāſari, de latino loquor, nihil re-  
linqui: En qualis Imperator, qualis rex Ro. erit, cuius re-  
gnū si q̄s habeat, nec aliud habeat, omnino n̄l habeat. Q; si  
itaq; palā est Silueſtri non possedisse, hoc est Constantini  
nō tradidisse possessionē, baud dubiū erit, ne ius quidem  
ut dixi, dedisse possidendi, niſi dicitīs. Ius quidem datū, ſed  
aliqua cauſa poſſeſſionē non traditā. Ita plane dabat, qd̄ mi-  
ni me futurū intelligebat, dabat, qd̄ tradere non poterat, da-  
bat, quod nō prius uenire in manus eius cui dabatur poſſi-  
ble erat, q̄ effet extinctū. Dabat donū quod ante quingenti  
annos, aut nunq; ualituru foret. Verum hoc loqui aut  
ſentire iſtanum eſt. Sed iam tēpus eſt, ne longior iam, cauſa  
aduersariorum iam conciſa atq; laceratæ letale uulnuſ  
imprimere, & uno eam iugulare iſtu. Omnis ſere historia  
quæ nomen historiæ meretur, Constantinum a puero cum  
patre Conſtantio christianum refert multo etiam ante po-  
tificatum Silueſtri, ut Eusebius ecclesiasticæ ſcriptor histo-  
riæ, quem Rufinus non in poſtemis doctus, in latinum in-  
terpretatus, duo uolumina de quo ſuo adiecit, quoꝝ uteroꝝ  
pene Conſtantini tēporibus fuit. Adde huic etiam teſtimoniū  
Romani pont. qui hiſ rebus gerendis non interfuit,  
ſed p̄fuit, nō teſtis, ſed autor, nō alieni negotiū, ſed ſui nar-  
rator. Is eſt Melchiades papa qui proximus fuit ante Silueſ-  
trum, qui ita ait: Ecclesia ad hoc uſq; peruenit, ut non ſo-  
lum gentes, ſed etiam Romani príncipes, qui totius orbis  
monarchiā tenebant, ad fidē Christi, & ad fidei sacramenta  
concurrerent. E quibus uir religioliſſimus Cōſtan. primus  
fidē ueritatis patēter adeptus, licentiā dedit per uniuersa  
orbē ſub ſuo degentibus imperio, nō ſolam fieri christia-  
pos, ſed etiā fabricādi eccleſias, & predia cōſtituit tribuēda

Deniqe prae*fatus* princeps dona immensa contulit, & fabri  
cam templi prim*a* sedis beati Petri instituit, adeo ut sedem  
imperial*e* relinquere, & beato Petro suisqe successoribus  
pro futuram concederet. En*nihil* Melchiades a Constanti-  
no donatum ait, nisi palatum Lateranense, & praed*a*, de qui  
bus Gregorius in registro facit saepissime mentionem. Vbi  
sunt qui non in dubium uocari n*o* sinunt, donatio Con*sta-*  
tini ualeat, nec ne, cum illa donatio fuerit & ante Siluestrum  
& rerum tantummodo priuatar*u*? quae res quan*q*e plana  
& aperta sit, tamen de ipso, quod isti stolidi proferre solent,  
priuilegi*o* differend*u* est. Et ante omnia non modo ille, qui  
Gratianus uideri uoluit, qui nonnulla ad opus Gratiani ad-  
fecit, improbitatis arguend*u* est, uerum etiam inscit*u*, qui  
opinantur paginam priuilegij apud Gratianum contineri,  
quod neg*o* docti un*q*e putar*u*, & in uetus*issimis* quibusqe  
codicibus decretor*u* non inuenitur. Et si quo in loco huius  
rei Gratianus meminisset, non in hoc ubi isti collocant, fer*u*  
sp*l*am orationis abrumptentes, sed in eo ubi agit de Ludo-  
uici pactione, meminisset. Praeterea duo milia locorum in de-  
cretis sunt, quae ab huius loci fide dissentiant. Quor*u* unus  
est ubi, quae superius retuli, Melchiadiis uerba ponuntur.  
Nonnulli eum qui hoc capitul*u* adiecit, aiunt uocat*u* palea  
uel uero nomine, uel ideo, que quae de suo adiunxit, ad Gra-  
tianum cōparata, instar palearum iuxta frumenta existimen-  
tur. Vt cung*o* sit, indignissimum est credere, quae ad hoc adie-  
cta sunt, ea decretor*u* collectorem, aut ignorasse, aut magni-  
fecisse, habuisseqe pro ueris. Bene habet. Sufficit. uicitus.  
Primum que hoc Gratianus non ait, ut isti mentiebantur, im-  
mo adeo ut ex infinitis locis datur intelligi, negat atqe con-  
futat. Deinde, quod unum & ignotum & nullius autorita-  
tis ac nauci hominem afferunt, ita etiam stolidum, ut ea Gra-  
tiano affinxerit, quae cum ceteris illius dictis cōgruere n*o*  
possent. Hunc ergo uos autorē profertis? Huius unius te-  
timonio utimini? Huius cartulam, ad tant*u* rei confirma-  
tionem,

uationem, contra sex centa probationis genera reeatas? At ego expectaueram, ut aurea sigilla, marmoratos titulos mille autores ostenderetis. Sed ipse (dicitis) palea autorem profert, fontem historiaz ostendit, & Gelasium papam cum multis episcopis in testimonium citat. Ex gestis inquit Siluestri, quae beatus Gelasius in concilio. lxx. episcoporum a catholicis legi commorat, & pro antiquo usu multas hoc dicit ecclesias imitari. In quibus legitur Constantinus &c. Multo superius, ubi de libris legendis & non legendis agitur, etiam dixerat, actus beati Silvestri praefulsi, licet eius qui scripsit nomen ignoramus, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo usu imitantur ecclesiaz. Mira haec autoritas, mirum testimonium, inexpugnabilis probatio. Dono uobis hoc, Gelasium dum de concilio. lxx. episcoporu loquitur id dixisse. Num id dixit, pagina priuilegij in beatissimi Silvestri gestis legi, & hoc Romae, cuius ecclesiae autoritatē multe alia sequuntur. Quod ego non nego, concedo, fateor. Me quoq; una cum Gelasio testimoniū exhibeo. Verum quid uobis ista res prodest, nisi ut in adducendis testibus mentiri uoluissē uideamini. Ignoratur nomen eius, qui hoc decretis adscripsit, & solus hoc dicit. Ignoratur nomen eius qui scripsit historiam, & solus is & falso testis assertur. Et uos boni viri atq; prudētes hoc factis supercipiēt ad tantæ rei testimonii existimatis? At uide, quantū inter meum intersit uestrumq; iudicium. Ego ne si hoc quidem apud gesta Silvestri priuilegiū continetur, pro uero habendum putarem, cum historia illa non historia sit, sed poetica & impudentissima fabula, ut posterius ostendam. Nec quisq; alius, alicuius duntaxat autoritatis, de hoc priuilegio habeat mentionem. Et Jacobus Voragine, sis propensus in amorem clericorū, ut Archiepiscopus, tamen in gestis sanctorū, de donatione Constantini, ut fabulosa nec digna quæ inter gesta Silvestri poneretur, silentie agit, lata quodammodo sententia contra eos, si qui hæc.

F

teris mandauiſſent. Sed ipsum falsarium, ac uere paleam,  
non triticum, obtorto collo in iudiciū trahere uolo. Quid  
ais. Falsarie? Vnde sit, quod iſtud priuilegiū inter Siluestri  
gesta non legimus? Credo rarus hic liber est, difficultiſq; in-  
uentu, nec uulgo habetur. Sed tanq; fasti olim a pōfificib⁹  
aut libri Sibillini, a decem uiris custoditur. Lingua græca;  
aut Syriaca, aut Chaldaica scriptus est. Testatur Gelasius a  
multis catholicis legi. Voraginiensis de eo meminit. Noe  
quoq; mille & antique ſcripta exemplaria uidimus, & in  
omni fere cathedrali ecclesia, cū ad eft Siluestri natalis dies,  
lecitantur, & tamen nemo fe illic legiſſe iſtud ait, quod tu  
affingis, nemo audiffe, nemo ſomniatſſe. An alia quædā for-  
taſſis hiftoria eſt? Et quæ nam iſta eſt? Ego aliam nescio,  
nec ab te aliam dici interpretor. Quippe de ea tu loqueris  
quam Gelasius apud multas eccleſias lecitari refert. In hac  
aut tuum priuilegium non inuenimus. Quod li iſtud in u  
ea Siluestri non legitur, quid tu ita legi tradidisti? Quid in  
tanta re iocari es ausus? & leuiū hominū cupiditatē elu-  
dere? Sed ftultus ſum, qui illius potius inſector audaciā,  
q; iſtorum dementiam qui crediderunt. Si quis apud Græ-  
cos, apud Hebraeos, apud barbaros diceret, hoc eſſe memo-  
riae proditum, nonne iuberetis nominare autorem proferti  
codicem? & locum ab interprete fideliter exponi, anteq; cre-  
deretis? Niſc de lingua uestra, de notissimo codice ſit men-  
tio, & uos tam incredibile factum, aut non inquiritis, aut cū  
ſcriptum non reperiatis, tam prona eſtis credulitate, ut pro  
ſcripto habeatis, atq; pro uero. Et hoc titulo contenti, ter-  
ras miscetis & maria, & quaſi nullum ſubſit dubium, eos  
qui uobis non credunt, terrore bellorum alijsq; minis pro-  
fequimini. Bone Iesu, quanta uis, quanta diuinitas eſt uer-  
titatis, qua per ſeſe, ſine magno conatu, ab omnibus dor-  
lis ac fallacijſ, ſeipſa defendit, ut non immerito, cum eſſe  
apud Darium regem exorta contentio, quod foret maxi-  
me ualidū, & aliud diceret, tributa ſit palma ueritati.

Quia cum sacerdotibus, non cum secularibus mihi res est,  
ecclesiastica magis, q̄ secularia sunt exempla repetenda.  
Iudas Machabeus, cum dimissis Romanis legatis, foedus  
amicitiamq; a Senatu impetrasset, curauit uerba foederis in  
aes incidenda, Hierosolymamq; portanda, Taceo de lapi-  
deis decalogi tabulis, quas deus Moysi dedit. Ista uero tam  
magnifica Constantini, & tam inaudita donatio, nullis ne-  
que in auro, neque in argento, neque in ære, neque in mar-  
more, neque postremo in libris, probari documentis po-  
test. Sed tantum, si isti credimus, in charta sive membra  
na. Iobal primus Musices autor, ut est apud Iosephum,  
cum esset a maioribus tradita per manus opinio, res huma-  
nas semel aqua, iterum igni delendas, doctrinā suam dura-  
bus columnis inscripsit, lateritia contra ignem, lapidea con-  
tra aquas. Quæ ad Iosephi æuum, ut idem scribit, permane-  
sit. Ut suum in omnes beneficium semper extaret. & apud  
Romanos rusticanos adhuc, & agrestes, cum paruæ & ra-  
ræ literæ essent, tamen leges duodecim tabularum in æs fu-  
erunt incissæ, quæ in capta atq; incensa a Gallis urbe, inco-  
lumes postea sunt repertæ. Adeo duo maxima in rebus  
humanis, diuturnitatem temporis, & fortunæ uiolentiam,  
vincit circunspecta prouidentia. Constantinus uero, orbis  
terrae donationem, papyro tantu& atramento signauit, csi  
præfertim machinator fabulae quisquis ille fuit, faciat Con-  
stantinum dicentem, se credere, non defore, qui donatio-  
nem hanc impia auditate rescinderet. Hoc times Constan-  
tine, & non caues, ne ij qui Röمام Siluestro eriperent,  
cartulam quoq; surriperent? Quid ipse Silvester? pro se  
nihil agit? Ita omnia Constantino remittit? Ita securus ac  
segnis est? In tanto negotio, nihil sibi, nihil ecclesiæ sua nihil  
posteriorati prospicit? En cui imperiū Ro. administran-  
dum committis, qui tam magnæ rei, tantoq; aut lucro aut  
periculo indormis. Siquidem sublata chartula, priuilegij

F. 4

donatio; utiq̄ ætate procedente probari non poterit. Paginam priuilegij appellat homo uesanus priuilegium ne tum libet uelut præsentem insectari, uocas donationē orbis terrarum, & hoc in pagina uis esse scriptū, & isto genere orationis usum esse Constantiū. Si titulus absurdus est, quælia cætera existimemus?

Constantinus Imp. quarto die sui baptismatis priuilegium Ro. ecclesiæ pontifici contulit, ut in urbe Roma sacerdotes, ita hunc caput habeant, sicut iudices regem. Hoc in ipsa Siluestri historia continetur. Ex quo dubitari non potest, ubi nam scriptum significetur priuilegium. Sed mo re eorū, qui mēdacia machinantur, a uero incepit, ut sequētibus, quæ falsa sunt, conciliet fidem. Ut Sinon apud Virg. Cuncta equidem tibi rex fuerint quæcunq; fatebor, uera inquit, nec me argolica de gente negabo. hoc primum, dein de falsa subiecit. Ita hoc loco noster Sinon facit, qui quā a uero incepisset, adiecit. In eo priuilegio, ita inter cætera legitur. Vtile iudicauimus una cum omnibus Satrapis nostris, & uniuerso Senatu, optimatibus etiam, & cū cuncto populo īmpério Romanæ ecclesiæ subiacenti, ut sicut beatus Petrus in terris uicarius dei uideretur esse constitutus, ita & pōtifices ipsius principiis apostolorū uicem, principatus potestatem, amplius q̄ terrenæ imperialis nostræ serenitas mansuetudo habere uideretur, cōcessam a nobis nostro que īmpério obtineant. O scelerate atq; malefice, eadē, quam affers in testimonium, refert historia, longo tempore senatorij ordinis uoluisse accipere religionem christianam: & Constantiū pauperes sollicitasse precio ad baptismū. Et tu aīs intra primos statim dies, Senatum, optimates, satrapas, quasi iam christianos de honestanda ecclesia Ro. cum Cæsare decreuisse. Quid q̄ uis interfuisse satrapas? O caues, o stipes. Sic loquuntur Cæsares? Sic concipi solent decretā Romana? Quis unq; satrapas in consilijs Romanorum nominari audiuīt? Non teneo memoria unq; legisse

me illum, non modo Romanū, sed ne in Romanorū quidem prouintijs Satrapam nominatum. At hic Imperatoris Satrapas uocat. eosq; Senati præponit, quū omnes honores, etiam qui principi deferuntur, tantum a Senatu decernantur, adiuncto populoq; Romano. Hinc est quod in lapidibus uetustis, aut tabulis æreis, aut numismatis duas litteras uidemus. S. C. id est Senatus consultio, uel quatuor. S. P. Q. R. hoc est, Senatus populusq; Romanus. Et, ut Tertullianus meminit, quū Pontius Pilatus de admirandis christi actionibus ad Tiberium Cæsarem, non ad Senatum scripsisset, siquidem magistratus ad senatum de magnis rebus scribere consueuerant. Senatus hanc rem indigne tulit, Tiberioq; prærogatiuam ferenti, ut Iesus pro deo coleretur, repugnauit, ob tacitam tantummodo indignationem, offendit senatoriæ dignitatis. Et ut scias quantum senatus valeat auctoritas, ne pro deo coleretur obtunuit. Quid, quod aīs optimates? quos aut primarios in rep. intelligimus uiros, qui cur nominantur, quū de ceteris magistratibus silentium sit; aut eos qui populares non sunt, benevolentiam populi au cupantes, sed optimi cuiusq; & bonarum partium studiosi, ac defensores, ut Cicero quadā oratione demonstrat. Ideo que Cæsarem ante oppressam remp. popularem fuisse dicimus, Catonem ex optimatibus, quorum differentiam Salustius explicauit. Neq; hi optimates magis, q; populares, aut ceteri boni uiri, dicuntur in consilio adhiberi. Sed quid mirum si adhibentur optimates, ubi cunctus populus, si homini credimus. cum Senatu & Cæsare iudicauit: Et is qui dem Ro. ecclesiæ subiacens? & quis iste est populus? Romanus ne? Accur non dicitur populus Ro. potius q; populus subiacens? Quæ noua ista cōtumelia est in quirites, de quibus optimi poeta elogium est, Tu regere imperio populos Romane memeto? Qui regit alios populos, ipse uocatur, populus subiacens, quod inauditum est. Nam in hoc, ut in multis epistolis Gregorius testatur, differt Roma.

E. ij.

mis pontifex a cæteris, quod solus est princeps liberi populi. Ceterū ita sit, ut uis. Nōne & alij populi subiacent? An alios quoque significas? Quō fieri istud triduo poterat, ut oes populi subiacentes Ro. ec. illi decreto adessent? Tā & si nō ois sex populi iudicabat. Quid anteque subiecisset Ro. pontifici populu Constantinus, subiectū uocaret? Quid, qui hi qui subiacentes uocantur, faciendo dicuntur præfuisse de creto? Quid, qui hoc ipsum dicuntur decreuisse, ut sint subiacentes, & ut ille cui subiacet hos habeat subiacētes? Quid agis aliud infelix, nisi ut iudices te uoluntatē fallēdi habere, facultatē nō habere? Eligētes nobis ipsum principem apostolorū, uel eius uicarios, firmos apud deū esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ita eius sacro sanctā Ro. ec. decreuimus uenerāter honorare, & amplius qui nostrū imperiū, terrenisque thronū, sedem sacratissimā beati Petri gloriose exaltare, tribuentes ei potestatē, & gloriam & dignitatē, atque uigorē, & honorificientiā imperialē. Reuuiuice paulisper firmiane lactanti, resisteque huic asino tam uaste, immaniterque rudēti. Ita uerborū turgentū strepitu delectatur, ut eadem repeatat, & incultet, quæ modo dixerat. Hunc ne in modū æuo tuo loquebātur Cæsarū scribæ, nedicā agasones? Elegit sibi illos Cōstantinus nō patronos, sed esse patronos. Interposuit illud esse, ut numerū redde ret cōcinniore. Honesta ratio, barbare loqui, ut uenustrius currat oratio, si modo quid in tāta scabritia uenustrū esse potest. Eligentes principē apostolorum, uel eius uicarios. Nō elegis Petrum, & eius deinceps uicarios, sed aut hunc, extulisti illis, aut illos hoc excluso. Et pontifices Ro. appellat uicarios Petri, quasi uel uiuat Petrus, uel minori dignitate sint cæteri, qui Petrus fuit. Nonne & illud barbarū est, a nobis nostrocque imperio, quasi imperium habeat animū cedendi & potestatē. Nec fuit contentus dicere, obtineant, n̄isi etiā diceret concessam, quā satis alterū esset. Et illud, firmos patronos, perque elegās est. Scilicet firmos uult, ne pe

cunia corruptantur, aut metu labantur. Et illud, terrena  
imperialis potētia, duo adiectua sine copula, & illud, ue-  
neranter honorare, & illud, nostræ imperialis serenitatis  
mansuetudo, Lactantianâ eloquentiam redolet, quum de  
potentia agatur imperij serenitatē nominare, & mansuetu-  
dinem, non amplitudinem & maiestatem. Quod etiā tumidâ  
superbia inflatum est, ut in illo quoq; gloriose exaltare  
per gloriam & potestatē & dignitatē & uigore & honoris  
centiam imperiale, quod ex Apoç. sumptū uidetur, ubi  
dicitur, dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem  
& dignitatem, & sapientiā, & fortitudinem, & honorē, &  
benedictionem. Frequenter, ut posterius liquebit, titulos  
dei sibi arrogare fingitur Constantinus, & imitar uelle ser-  
monem sacræ scripturæ, quē nuncq; legerat. Atq; decernen-  
tes sancimus, ut principatū teneat, tam super quatuor sedes,  
**Alexandrinā**, **Aniochenā**, **Hierosolymitanā**, **Constantino-**  
**politanam**, q; etiā super oēs, in uniuerso orbe terrarū, dei ec-  
clesias. Etiam pontifex, qui per tempora ipsius facrosancte-  
Ro. ecclesias extiterit, celsior & princeps cunctis sacerdoti-  
bus, & totius mundi existat, & eius iudicio, quæ ad cultum  
dei, & fidē christianorū, uel stabilitatē procurandā fuerint,  
disponant. Omitto hic barbarē orationis, q; princeps sacer-  
dotibus, p sacerdoti dixit, & q; in eodē loco posuit, extiterit  
& existat, & quū dixerit, & in uniuerso orbe terrarū,  
iterū addit, totius mūdi, quasi quiddā diuersū, aut coelū,  
quæ mundi pars est, cōplete uelit, quū bona pars orbis ter-  
rarū sub Roma nō esset, & qd' fidē christianorū, uel stabili-  
tatem procurandā, tanq; nō possint simul esse, distinxerit, &  
q; decernere & sancire miscuit. & ueluti prius cum cæteris  
Constantinus nō iudicasset, decernere eū, & tanq; poenam  
proponat sancire, & quidem una cum populo sancire facit.  
Quis hoc christianus pati queat, & nō papam, qui hoc pa-  
titur, ac libens audit, & recitat, censorie seuereq; castiger, q;  
quum a christiano primatū acceperit Romana sedes, & id

Gratiano testante, multisq; Graecorum, octaua synodus de  
clararit, accepisse dicatur a Constantino uix dum christia-  
no, tanq; a Christo: Hoc ille modestissimus princeps, hoc  
piissimus pontifex audire uoluisset: Absit tam graue ab  
utroq; eorum nephias. Quid, quod multo est absurdius, ca-  
pit ne rerum natura, ut quis de Constantinopoli loquere-  
tur, tanq; una patriarchalium sedium, quae nondum esset,  
nec patriarchalis, nec sedes, nec urbs christiana, nec sic no-  
minata, nec condita, nec ad cōdendum destinata? Quippe  
priuilegium cōcessum est triduo, q; Constantinus esset esse  
etius Christianus, quum Byzantium adhuc erat, non Con-  
stantinopolis. Mentiar, nisi hoc quoq; consiteatur hic stolus  
dus. Scribit enim prope calcē priuilegij. Vnde congruū  
prospexit nos strum imperium, & regiā potestatem, oriē  
talibus transferri regionib; & in Bizantinę prouincia op-  
timō loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & illuc nostrū  
constitui imperium. Si ille alio transferre uolebat im-  
perium, nondum transtulerat. Si illuc uolebat constituere im-  
perium, nondum constituerat. Sic si uolebat ædificare urbē,  
nondum ædificarat. Non ergo fecisset mentionem, de patri-  
archali, de una quatuor sedium, de christiana, de sic nomi-  
nata, de condita, de qua condenda, ut historiæ placet, quam  
palea in testimonium affert, ne cogitarat quidē. At qui noa  
uidet hæc belua, siue is palea sit, siue alias quem aliis sequi-  
tur, se dissentire. Vbi Constantinus, non sua sponte, sed in-  
ter quietem, admonitu dei, non Romæ, sed Bizantij, nō in-  
tra paucos dies, sed post aliquot annos, dicitur decreuisse  
de urbe condenda, nomenq; quod in somnis edoctus fues-  
rat indidisse. Quis ergo nō uidet, qui priuilegium cōposuit  
eum diu post tempora Constantini fuisse? & quam uellet  
adornare mendacium, excidisse sibi q; ante dixisset, hæc ge-  
sta esse Romæ, tertio die, q; ille fuisset baptizatus, ut in eis  
decentissime cadat, tritum uetusitate prouerbium, mēdaces  
memores esse oportere. Quid, q; Bizantij, prouincia hanc  
quaq;

quæ capax tantæ urbis condendæ? Namq; muris complexa est Cōstantinopolis uetus Bizantium, & hic in eius optimo loco ait urbem esse condendam. Quid, quod Thraciam, ubi positum erat Bizantium, uult esse in oriente, quæ uergit ad Aquilonem? Opinor ignorabat Cōstantinus locum, quem condendæ urbi delegerat, sub quo coelo esset, urbq; an prouincia, quanta eius mensura foret. Ecclesijs beatorum apostolorū Petri & Pauli, pro continuatione luminariorum, possessionū prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauiimus, & per nostram imperialem iussionem sacram, tam in oriente, q; in occidente, q; etiam a septentrio ne & meridionali plaga, uidelicet & in India, Græcia, Ásia Thratia, Affrica, & Italia, uel diuersis insulis, nostra largitate. Et concessimus ea prorsus ratione, ut per manus beatissimi patris nostri Siluestri, summi pont. successoriq; eius omnia disponant. O furcifer. Ecclesiæ ne id est tēpla Romæ erat Petro & Paulo dicata? Quis eas extruxerat? quis edificare ausus fuisset, quū nusq; foret, ut historia ait, christianis locus, nisi secreta& latebræ, aut si qua templa Romæ fuissent, illis dicata apostolis, non erant digna in quibus tanta luminaria accenderentur, ediculae sacræ, non edes, sacella non templa oratoria inter priuatos parietes, nō publica de lobra? Non ergo ante cura gerenda erat de luminaribus temploq;, q; de ipsis templis Quid aīs tu, qui facis Cōstantinum dicentem Petrum & Paulū beatos, Sylvestrū uero, cum adhuc uiuit, beatissimū, & suam, qui paulo ante fuisset ethnicus, iussionem sacram? Tanta ne conferenda sunt pro continuandis luminaribus, ut totus orbis terrarū fatigetur? At quæ ista prædia sunt, præsertim possessionum? prædiorum possessiones dicere solemus, non possessionū prædia. Das prædia, nec quæ prædia explicas. Ditas diuersis rebus nec quando nec quibus rebus ostendis. Vis plagas orbis a Silvestro disponi, nec pandis quo genere disponendi. Cōcessisti hæc antea, cur te hodie incepisse significas, honorare

G

ecclesiam Ro. & ei priuilegit concedere? Hodie concedit.  
Hodie ditas? Cur dicas concessimus, & ditauiimus? Quid  
loqueris, aut quid sentis bestia? Cū fabulae machinatore mihi  
sermo est, non cū optimo principe Cōstantino. Sed quid  
in te ullā prudentiā, ullam doctrinā requiro, qui nullo inge-  
nio, nulla literatur a es præditus? qui aīs luminarioꝝ pro-  
luminariū. Et orientalibus transferri regionibus pro eo, qđ  
est, ad orientales transferri regiones. Quid porro, ista, ne  
sunt quatuor plagæ? quā orientalē numeras? Thraciā ne?  
An, ut dixi, uergit ad Septentrionē, an Iudeā? At magis ad  
meridiē spectat, utpote uicina Aegypto. Quā item occidē-  
talē? Italiā ne? At hæc in Italia grecabantur, quā nemo si-  
lic agens occidentalem uocat, quū Hispanias dicamus esse  
in occidente, & Italia hinc ad meridiē, illinc ad arcton ma-  
gis qđ ad occidentē uergit, quā septentrionalem? An Thra-  
ciam? At ipse ad orientē esse uis, An Asiam? at hæc sola to-  
cum possidet orientem, septentrionem uero cōmunem cū  
Europa. Quā meridionalem? Certe Africā. At cur nō ali-  
quam nominatim prouinciā proferebas? Nisi forte Ethio-  
pes Ro. imperio suberant. Et nihilominus nō habent locū  
Asia & Africā, quū orbem terrarꝝ in quattuor diuidimus  
partes, & nominatim regiones singularꝝ referimus. Sed cū  
in tres, Asiam, Africā, Europā. Nisi Asiam pro asiatica pro  
prouincia, Africā pro ea puincia, quæ prope Getulos est,  
appellas. Quæ nō uides cur præcipue nominentur. Siccine  
loquutus esset Constan, quū quattuor orbis plaga exequi-  
tur, ut has regiones nominaret, cæteras nō nominaret, & a  
Iudæa inciperet, quæ pars Syriæ numerat, & quæ amplius  
Iudæa nō erat, euersa Hierosolyma, fugatis, ac prope extin-  
ctis Iudæis, ita, ut credā uix aliquē in sua patria tunc permā-  
sse, sed alias habitasse nationes? Vbi tandem erat Iudæa?  
quæ nec Iudea amplius uocabatur, ut hodie uideremus illud  
terra nomen extinctum? Et sicut exterminatis Chananeis  
Chananea regio desit appellari, commutato nomine in Lu-

deam a nouis incolis, ita exterminalis Iudeis, & conuenientibus ei incolentibus desiderat Iudea nominari. Nuncus pas Iudea, Thracia, insulas, Hispanias uero, Gallias, Germanos, non putas nuncupados, & cum de alijs linguis loquaris, Hebreu, Greca, barbara, de ulla pruinciarum, latino sermone utentiū, non loqueris. Video, has igit̄ omisisti, ut postea in donatione complectereris. Et qd̄ non tanti erant tot pruincie occidentis, ut continuādis luminaribus suppeditare sūptus, nisi reliq̄ orbis adiuuaret. Transeo, q̄ hęc cōcedi aīs per latitatem, non ergo, ut isti aiunt, ob lepre curationē. Alioquin insolens sit, quisquis remunerationē loco munerū ponit.

Btō Siluestro, eiusq; uicario, de p̄senti tradimus palatiū imperij nostri Lateraneū. deinde diadema, uidelicet corona capitis nostri, simulq; phrygiū, necnō superumerale, uide licet lorū, qd̄ imperiale circūdare solet collū, uerū etiā chla mydē purpureā, atq; tunica coccineā, & oia imprialia indu menta, seu etiā dignitatē imperialiū pr̄sidentiū equitū, cōserentes ei etiā imperialia sceptra, simulq; cuncta signa, atq; banna, & diuersa ornamenti imperialia, & oīm processionē imperialis culminis, & gloriā potestatis nostrae. Viris etiam diuersi ordinis reverē, clericis sanctæ Ro. ec. seruientibus illud culmen singulariū potentiae, & p̄cellentiae, habere san cimus, cuius amplissimus noster senatus uidet gloria ador mari. i. patritios, cōsules, effici. Necnō in cæteris dignitatib; imperialibus eos p̄mulgauimus decorari. Et sicut imperialis extat decorata militia, ita clerū san. Ro. ec. adornari decreui mus. Et quēadmodū imperialis potētia, diuersis officijs cubiculariorū nēpe, & hostiarioꝝ, atq; oīm cōcubitorū ador natur, ita & s. Ro. ec. decorari uolumus. Et ut amplissime pontificale decus p̄fulgeat, decreuimus, ut & clerici sancti, eiusdē. s. Ro. ec. mappulis & lintheaminibus, id est cādido simo colore decoratos equos equitēt. & sicut noster senatus calciamētis utit cū udonibus, id est cādido lintheamine illu strent, & ita cœlestia, sicut terrestria ad laudē dei decorentur.

G ii

Hie Schēckt  
Keyser Cō-  
stātin⁹ alles  
das er hat,  
dē baptist Sil  
uestro , bis  
uff die bruch

○ sancte Iesu, ad hunc sententias uoluentem sermonibus  
imperitis, non respondebis de turbine: nō tonabis: nō in-  
tantam blasphemiam ultritia fulmina iaculabere: tantum  
ne probrum in tua familia sustines: Hoc audire, hoc uide-  
re, hoc tandiū cōniuentibus oculis præterire potes: Sed pa-  
tiens es, & multæ misericordie. Vereor tamen, ne patientia  
hæc tua sit potius ira & condemnatio, qualis in illos fuit, de-  
quibus dixisti, & dimisi eos secundū desyderiū cordis eorum,  
ibunt in adiuventionibus suis. Et alibi, Tradidi eos in repro-  
bum sensum, ut faciant quæ non conueniunt, quia non pre-  
bauerunt se habere notitiam mei. Iube me quæso domine,  
ut exclamem aduersus eos, & forte conuertentur. O Ro-  
mani pont. exemplum fâcinorū omnium, cæteris pontifici-  
bus. O improbissimi scribē & pharisæi, qui sedetis super ca-  
thedram Moysi, & opera Dathan & Abryon facitis, ita ne  
uestimenta apparatus, pompa equitatus, omnis deniq; uita  
Cæsaris, uicariū Christi decebit? Quæ cōmunicatio sacer-  
dotis ad Cæsarem? Ita ne Siluester uestimenta fibi induit?  
Eo apparatu incessit? Ea celebritate ministrantū domi ui-  
xit, atq; regnauit? Sceleratissimi homines, non intelligunt  
Siluestro magis uestes Aaron, qui summus dei sacerdos fu-  
erat, q; gentilis principis fuisse sumēdas. Sed hæc alias erūt  
exagitanda uehementius. In præsentiarum autem de barba-  
rismo cū hoc sycophanta loquamur, cuius ex stultiloquio,  
impudentissimū eius patescit sua sponte mendaciū. Tra-  
dimus inquit palatiū imperij nostri Lateranēse, quasi ma-  
le hoc loco inter ornamenta donum palatiū posuisset, iterū  
postea ubi de donis agitur replicauit. Deinde diadema,  
& quasi illi nō uideant, qui adsunt, interpretatur, uidelicet  
coronam. Verum hic nō addidit ex auro, sed posterius ea  
dem inculcans inquit, ex auro purissimo & gemmis pre-  
ciosis. Ignorauit homo imperitus diadema e panto esse:  
aut forte e serico. Vnde sapiens illud regis dictum celebra-  
ti solet, quem ferunt tradiū sibi diadema, priusq; capiti im-

pōneret, retentum. dū confyderasse, ac dixisse. O nobilem  
magis q̄ felicem pānum, quem si quis penitus cognosceret  
q̄ multus solitudinibus periculisq; & miserijs sis refertus,  
ne humi quidem iacentē uellet tollere. Iste non putat illud  
nisi ex auro esse, cui circulus aureus nunc cum gemmis ap-  
poni a regibus solet. Verum non erat rex Cōstantinus, nec  
regem appellare, nec regio se ritu ornare fuisse ausus. Im-  
perator Ro. erat, non rex. Vbi rex est, ibi resp. non est. At  
in rep. multi fuerunt etiā uno tempore Imperatores. Nā  
Ciceto frequenter ita scribit. M. Cicero Imperator illi uel il  
li Imperatori salutem. Licet postea peculiari nomine Ro-  
manus princeps, ut summus omnium, Imperator appella-  
retur. Simulq; Phrygium necnon superhumerale, uidelis-  
cet lorum, quod imperiale circundare solet collum. Quis  
unq; Phrygiū latine dici audiuīt: Tu mihi, dum barbare lo-  
queris, uideri uis Constantini aut Lactantij esse sermonē?  
Plautus in Menechmis Phrygionē p concinnatore uestis  
posuit Plinius Phrygiones appellat uestes acu pīctas, qd  
earū Phryges fuerunt inuētores. Phrygiū uero quid signifi-  
cat. hoc non exponis quod obscurū, exponis quod est clas-  
tius, superhumerale aīs esse lorū, nec quid sit lorū tenes.  
Non enim cingulū ex corio factū, quod dicitur lorū, sen-  
tis circundari pro ornamento Cæsarī collo. Hinc est q̄ ha-  
benas & uerbera uocamus lora. Q, si quando dicantur lo-  
ra aurea, non nisi de habenis, quæ aurato collo equi aut al-  
terius pecudis circundari assolent, intelligi potest, quæ te-  
res, ut mea fert opinio se felliit, & quū lorū circundare col-  
lo Cæsarī atq; Siluestriuis, de hoie, de Imperatore, desum-  
mo pont. 'equū aut asinū, aut canē facis. Venū & chlamy-  
dem purpuream, atq; tunicam coccineā. Quia Matthæus  
at chlamydem coccineam, & Ioannes uestem purpuream,  
utrumq; uoluit hic eodem loco coniungere. Q, si idem co-  
lor est, ut Euangelistæ significant, quid tu non fuisti cōten-  
tus alterum nominasse, ut illi contenti fuerant? Nisi accipis

G iij

purpūram, ut hunc ī imperio loquuntur; genus panni ſa-  
rīci colore albo. Est autem purpura pīscis, cuius sanguī-  
ne lana tingitur. Ideoq; a tinctura datum est nomen panto-  
cuius color pro rubro accipi potest, licet sit magis nigri-  
cans, & proximus colori sanguinis concreti, & quaſi uio-  
laceus. Inde ab Homero atq; Virgilio purpureus dicitur  
sanguis, & marmor porphyricum, cuius color est simili-  
mus amethiſto. Græci enīm purpura porphyram uo-  
cant. Coccineum pro rubro accipi forte non ignoras, ſed  
cur faciat coccineum quum nos dicamus coccum, & chla-  
mys, quod genus ſit uelmenti, iurarem te plane neſcire.  
Atque ut ne ſi longius perſequendo ſingulas uerſes men-  
dacem proderet, uno ſemel uerbo complexus eſt, dicens:  
omnia imperialia indumenta. Quid? Etiā ne illa, quibus  
in bello, quibus in uenatiōe, quibus in ludis, quibus in co-  
uiuījs amicīri ſolēt? Quid ſtultius q̄ dicere oia Cæfaris in-  
dumenta conuenire pontifici? Sed q̄glepide addit. Seu etiā  
dignitatē imperialiū præſidentiū equitū. Seu inquit, diſtin-  
guere duo haec inuicem uoluit, quaſi multū inter ſe habeat  
ſimilitudinis & de Imperatorio habitu ad equeſtre digni-  
tatem dilabitur neſcio quid loquēs. Mira quædā effari uult,  
ſed deprehendi in mendacio timet, eoz inflatis buccis & tur-  
gido gutture, dat ſine mente ſonū. Conferentes ei etiā im-  
perialia ſceptra. Quæ ſtructura orationis? qui nitor? qui  
ordo? Quæ nā ſunt ſceptra iſta imperialia? unū eſt ſceptrū,  
non plura. Si modo ſceptrū gerebat Imperator. Nū & pon-  
tifex ſceptrū manu geſtabit? Cur nō ei dabimus & enīm,  
& galeam, & iaculum? Simulq; cuncta signa, atq; banna.  
Quid tu signa accipis? Signa ſunt aut ſtatuę, unde fre-  
quenter legimus, ſigna ac tabulas, pro ſculpturis & picturis.  
Prisci enīm nō in parietibus pingebāt, ſed in tabulis, aut ue-  
xilla, unde illud. Signa pares aquilas. A priore significato, ſi  
gilla dicuntur paruae ſtatuae atq; ſculptura. Num ergo ſta-  
tuas, aut aquilas fias Siluestro dabant Constantinus? Quid

hoc absurdius? At banna quid sibi uelit nō inuenio. Deut  
te perdat improbissime mortalium, qui sermonem barba-  
rum attribuis seculo eruditio. Et diuersa ornamenta impe-  
rialia. Quia dixit banna, satis putauit significatum esse, &  
ideo cetera sub uerbum uniuersale cōclusit. Et q̄ frequen-  
ter inculcat imperialia, quasi propria quedam sint ornamenti  
Imperatoris magis, q̄ consulis, q̄ dictatoris, q̄ Cæsaris. &  
q̄ēm processionem imperialis culminis, & gloriā potestatis  
nostræ. Projicit ampullas, & sexquipedalia uerba, Rex  
regum Darius, cōsanguineusq; deorū, nunq; nisi plurali nu-  
mero loqueris. Quæ est ista pcessio, imperialis cucumeris,  
per herbam torti, & crescentis in uentrem? Triumphasse  
existimas Cæsarem, quoties domo prodibat, ut nunc solet  
papa, præcedentibus albis equis, quos stratos, ornatosq; fa-  
muli dextrant? quo, ut taceam alias ineptias, nihil est uani-  
ua, nihilq; a pontifice Romano alienius. Quæ etiam ista  
gloria est? Gloriam ne, ut hebraæ linguae mos est, pom-  
pam, & apparatus illum splendorem homo latinus appel-  
lasset? Vt illud quoque, militiam pro milites, quod ab  
Hebreis sumus mutuati, quorum libros Constantinus,  
aut ipsius scribæ nunquam aspicerant. Verum quanta est  
municipientia tua Imperator, qui nō satis habes ornasse sum-  
mum pontificem, nisi ornes & omnē clerum? culmen sin-  
gularis potentiaz & præcellentiaz, effici patritios, confu-  
les. Quis audiuit Senatores, aliosue homines effici patri-  
tios? consules efficiuntur, non patritii. ex domo uel patri-  
tia, quæ eadem senatoria dicitur, siquidem Senatores pa-  
tres conscripti sunt, uel ex equestri, uel ex plebeia. Plusq;  
est Senatorem q̄ patritium esse. Nam senator est unus e  
delectis consiliarijs reipublicæ, patritius uero qui e domo  
senatoria ortum ducit. Ita qui Senator, aut ex patribus  
conscriptis, non protinus & patritius est. Ridiculeque  
Romani mei hoc tempore faciunt, qui prætorem suum se-  
natorum uocant, qui neq; senatus ex uno homine constare

possit, necesseq; sit senatorē habere collegas, & is, qui sena-  
tor nunc dicitur, fungatur officio prætoris. At dignitas pa-  
tritatus in multis libris inuenitur inquies. Audio. Sed in  
his qui de temporibus post Cōstantinum loquuntur, ergo  
post Constantium priuilegium confectum est. Sed nun-  
quid clericifieri cōsules possunt? Coniugio sibi interdixere  
latini clerici, & consules fient? Habitoq; delectu militum,  
cum legionibus & auxilijs in prouintias, quas fuerint sorti-  
ti, se conferent? Ministri ne & serui cōsules fiant, aut milita-  
ria ornamēta nec bini utssolebat sed centeni & milleni mini-  
stri qui Rō. ecclesiaz seruient, dignitate afficiuntur impera-  
toria? Et ego stolidus mirabar q; papa, effici diceretur. Mi-  
nistri Imperatores erunt, clerici uero milites. Milites ne cle-  
rici fient, aut militaria ornamenta gestabūt nisi imperialia or-  
namenta uniuersis clericis impertis. Nā nescio quid dicas.  
Et qs non uidet hāc fabulā ab his excogitatā esse, qui sibi  
oēm uestiendi licentiā esse uoluerūt. Vi existimem, si qua  
inter dæmones qui aerē incolunt, ludorū genera exercen-  
tur, eos exprimēdo clericorū cultu, fastu, luxu, exerceri, &  
hoc scænici lusus genere maxime delectari. Vtrum magis  
insequar sententiæ an uerbor̄ stoliditatem? Sententiæ  
audistis. Verbor̄ hæc est, ut dicat senatum uideri adornari,  
quasi non utiq; adorneatur, & quidem adornari gloria, &  
quod sit, factum esse uelit, ut promulgauimus, pro promul-  
gamus. Illo enim modo sonat iucundius oratio, & eandem  
rem per præsens & per præteritum enunciet. Velut decer-  
nimus, & decreuimus. Et omnia sint referta his uocibus.  
Decernimus, decoramus, imperialis, imperatoria, potentia,  
gloria. Et extat pro est posuerit, quū extare sit superemi-  
nere, uel supereſſe, & nempe pro scilicet, & concubitores p  
contubernales. Concubitores sunt qui concumbunt, & co-  
eunt, nimirum scorta intelligenda sunt. Addit cum quibus  
dormiat, ne timeat opinor nocturna phantasmata. addit cu-  
bicularios, addit hostiarios. Non otiosum est, quare hæc ab  
eo

eo minuta referuntur, pupilli*s* instituit, aut adolescentem filium, non senē, cui omnia quibus necesse habet tenera aetas sp̄se uelut amantissimus pater præparat, ut Dauid Salomonī fecit. Atq; ut per omnes numeros fabula impleatur, dantur clericis equi, ne asinario illo Christi more super asellos sedeant, & dantur non operti, siue instrati, operimentis coloris albi, sed decorati colore albo. At quibus operimētis non stragulis, nō babilonicis, aut quo alio genere, sed mapulis, & lintheamībus. Mappæ ad mensam pertinent, lintheamina ad lectulos, & quasi dubiū sit cuius sint hæc coloris, interpretantur id est candidiſſimo colore. Dignus Constantino sermo, digna Lactantio facundia, quum in cæteris, tum uero in illo, equos equitent. Et quā de uestitu Senatorum nihil dixerit, non de latīclauo, non de purpura, non de cæteris, de calciamentis sibi loquendum putauit. Nec luanulas appellauit, sed udones, siue cum udonib; quos ut solet homo ineptus exponit, id est cādido lintheamine, quasi udones lintheamen sint. Non occurrit in præsentia ubi reperim udones, nisi apud Martialem Valerium, cuius distichon, quod inscribitur udones cilicini, hoc est. Nō hos lana dedit, sed olētis barba mariti, Cyniphio poterit planta lateſi ſinu. Ergo non linei utiq; nec candidi sunt udones, quibus hic bipes aſsellus nō calceari pedes senatorum ait, sed Senatores illustrari, atq; per hoc, ſicut coeleſtia, ita terreftria ad laudem dei decorentur. Quæ tu coeleſtia uocas? Quæ terrena? Quomodo coeleſtia decorantur? Quæ autem deo laus iſta ſit, tu uideris. Ego, ſi qua fides mihi eſt, nihil puto, nec deo nec cæteris hominib; magis eſſe iniurium, & tantam clericorū in rebus ſecularib; licentiam. Verum quid ego in ſingula impetum facio, dies mle deficiet, ſi uniuersa non dico amplificare, ſed attingere uelim.

Præ omnibus autem licentiā tribuitus beato Siluestro & successorib; eius, ex noſtro iudictu, ut quem placatus proprio conſilio clericare uoluerit, & in religioso numero

H

religiosorum clericorum connumerare, nullus ex omnibus presumat superbe agere. Quis est hic Melchisedech, qui patri archam Abraam benedicit? Constantinus ne uix christianus facultatem ei, a quo baptizatus est & quem beatum appellat, tribuit clericandi? Quasi prius nec fecisset hoc Silvester, nec facere potuisset? Et qua comminatione uetus, ne quis impedimento esset? Nullus ex omnibus presumat superbe agere. Quia etiam elegantia? Cōnumerare in numero religioso religiosorum, clericare clericorum & indicitu & placatu. Atq; iterum ad diadema reuertitur. Decreuimus itaq; & hoc, ut ipse, & successores eius diadema te, uidelicet corona, quam ex capite nostro illi concesserimus, ex auro purissimo, & gemmis preciosis, uti debeant, pro honore beati Petri. Iterum interpretatur diadema. Cū barbaris enim & obliuiosis loquebatur, & adiicit, de auro purissimo, ne forte aliquid aeris, aut scoria crederes admixtum. Et gemmas cū dixit addit preciosas, eodem timore, ne uiles forsan suspicareris. Cur tñ non preciosissimas, quæ admodum aurum purissimum? Plus nanque interest inter gemmam & gemmam, q̄ inter aurum & aurū. Et cum dicere debuisset distinctum gemmis, dixit ex gemmis. Quis non uidet ex eo loco sumptum, quem princeps gentilis nō legerat, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso? Sic loquutus est Cæsar uanitate quadā coronæ suæ iactandæ, si modo Cæsares coronabantur, in seipsum cōtumeliosus, qui ueretur, ne opinarentur homines, eum non gestare coronam ex auro purissimo, cū gemmis preciosis, nisi indicasset? Accipe causam, cur sic loquatur, pro honore beati Petri. quasi Christus non sit summus angularis lapis, in quo templum ecclesiae constructū est, sed Petrus, qd' iterum postea facit. Quem si tantopere uenerari uolebat, cur non templum episcopali illi potius, q̄ loanni baptistæ Romæ dicauit? Quid illa loquendi barbaries, nonne testatur non seculo Constantini, sed posteriori cantilenam hanc esse

~~confitam~~? Decreuisimus q̄ uti debeant, pro eo quod est decreuimus ut utantur. Sic nunc barbari homines uulgo loquuntur, & scribunt, iussi q̄ deberes uenire, pro eo quod est iussi ut uenires & decreuimus, & concessimus, quasi nō tunc siant illa, sed alio quodam tempore facta sint.

Ipse uero beatus papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beatissimi Petri, ipsa ex auro non est passus uti corona. O tuam singularem stultitiam Constantine, modo dicebas coronam super caput papæ ad honorem facere beati Petri, nunc ais non facere, quia Siluester illā recusat, & quū factum recusantis probes, tamen iubes eum aurea uti corona. Et quod hic non debere se agere existimat, id tu ipsius succelfores dicas agere debere. Transeo, q̄ rasuram coronam uocas, & papam pontificem Romanū, qui nondum peculiariter sic appellari erat ceptus.

Phrygium uero candidissimo nitore splendidū, dñi resurrectionem designātes, eius sacratissimo uertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi, pro reuerentia beati Petri apostoli, dextratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter uti, in processionibus ad imperij nostri imitationem. Nonne uidetur hic author fabulæ, nō per imprudentiam, sed consulo & dedita opera præuaricari, & undique ansas ad se reprehendendum præbere? In eodem loco ait phrygio & dominicam resurrectionem representari, & imperij cæsarij esse imitationem, quæ duo inter se maxime discrepant. Deum testor, non inuenio quibus uerbis qua uerborum atrocitate confodiam hunc perditissimum nebulonem. Ita omnia uerba plena insaniae euomit. Constantinum non tantum officio similem Moyſi, qui summū sacerdotem iussu dei ornauit, sed secreta mysteria facit exponentem, quod difficultissimum est his, qui diu in sacris literis sunt uersati. Cur non fecisti etiam Constantinum pontificem maximum, ut multi Imperatores fuerunt, ut come-

H 4

modius ipsius ornamenta in alterum summum pont. transirentur? Sed nescisti historias. Ago itaq; deo etiam hoc nomine gratias, q; istam nephandissimam mentem, nō nisi in stultissimum hominem cadere permisit. Quod etiam posteriora declarant. Namq; Aaron sedenti in equo, Moysen inducit, dextratoris exhibuisse officium, & non hoc per me- diū Israel, sed per Chananeos atq; Aegyptios id est per insulem ciuitatem, ubi non tam imperium erat orbis terrarū q; dæmonum, & dæmones colentium populorum.

Vnde ut pontificalis apex non uilescat, sed magis q; imperij terreni dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, q; Romanā urbem & omnes Italię siue occidentalium regionum prouintias, loca, ciuitates, beatissimo pōtifici & uniuersali papae Siluestro tradimus, atq; relinquimus, & ab eo, & successoribus eius per pragmatiscum constitutum decreuimus disponendas, atq; iuri sancte R. ecclesiae permanendas. De hoc in oratione Romano rum & Silvestri multa disseruimus. Huius loci est ut dicamus neminem fuisse facturū, ut nationes uno cunctas uerbo donationis inuolueret, & qui minutissima quaetq; superius est executus, lorum, calceos, lintheamina, equorū orna menta non referret nominatum prouincias, quartū singulare nō singulos reges nunc aut principes regibus pares habēt. Sed ignorauit uidelicet hic falsator, q; puincie sub Cōstan- erāt, quae nō erāt. Nā certe cunctae sub eo nō erant. Alexandro extinctio uidemus singulas regiones inductū partitione numeratas. A Xenophōte terras, principesq; nomisatos, q; uel ultro, uel armis sub imperio Cyri fuerūt. Ab Homero Græcorū, Barbarorūq; regū, nomen, genus, patriā, mores, uires, pulchritudinem, numerū nauium, & prope numerū militum, cathalago comprehendens. Cuius exemplū quā multi Græci, tum uero nostri latini, Ennius, Virgilius, Lu- canus, Statius, alijq; nonnulli imitati sunt. A Iosue & Moy- se in diuisione terre promissionis, uiculos quoq; uniuersos

fiuisse descriptos. Et tu gratianus etiam prouincias recensere: Occidentales tantum prouincias nominas. Qui sunt fines occidentis: ubi incipiunt: ubi desinunt: Num ita certi constitutioꝝ sunt termini occidentis, & orientis, meridieꝝ & septentrioꝝ, ut sunt Asia, Africæ, Europæ? Necesaria uerba subtrahis, ingeris superuacua. Dicis prouincias, loca, ciuitates. Nonne & prouinciae & urbes loca sunt: & quum dixeris prouincias, subiungis ciuitates, quasi hec sub illis non intelligantur. Sed non est mirum, qui tantam orbis terrarum partem a se alienat, eundem urbium prouinciarumq; nomina praeterire, & quasi lethargo oppressum, quid loquatur ignorare. Italiæ siue occidentalium regionum. Tanq; aut hoc aut illud, quū tamen utrunc; intelligat, appellans prouincias regionum, quū sint potius regiones prouinciarū, & permanendam dicens pro permaniturā. Vnde congruū prospexit, nostrum imperium, & regiā potestatem orientalibus transferri regionibus, & in Byzantia prouinciae optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & illic nostrum constitui imperium. Taceo q; dixit ciuitates ædificari cum urbes ædificantur non ciuitates, & Italiam prouinciam, si tu es Constantinus, redde causam, cur illum potissimum locum condenda urbis delegeris: Quod enim te alio transferas post Romanam traditam, non tam congruū q; necessarium est. Nec te appelles Imperatorem, qui Romanum amisiſti, & de nomine Romano, qd' discerpis pessime meritus es. Nec regem, quod nemo ante te fecit, nisi ideo te regem appetiles, quia Romanus esse delijſti. Sed affers causam sane honestam. Quoniam ubi princeps sacerdotiū & christianæ religionis caput constitutum est, ab Imperatore cœlesti, iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestate. O stultum David, stultum Salomonem, stultum Ezechia, Iosiamq; & ceteros reges stultos, ac parum religiosos, qui in urbe Hierusalem cum summis sacerdotibus habitare suauiterunt, nec tota illis uite cesserunt. Plus sapit Constanti-

H ij

etius triduo, & illi tota vita sapere potuerunt; & Imperatoris  
rem coelestem appellas, quia terrenum accepit imperium;  
nisi deum intelligis, nam ambigue loqueris, a quo terrenum  
principatum sacerdotum, super urbe Romana, ceterisque lo-  
cis, constitutum esse mentiris. Hæc uero omnia, quæ per  
hanc imperiale sacram scripturam, & per alia diuinalia de-  
creta statuimus & firmavimus, usque in finem mundi, illiba-  
ta & inconcussa permanere decreuimus. Modo te terrenum  
te uocaueras Constantine, nunc diuini, sacrumque uocas ad  
gentilitatem recidis, & plurimque gentilitatem. Deum te facis!  
& uerba tua sacra, & decreta immortalia, nam mundo im-  
peras, ut tuæ iusta conseruet illibata & inconcussa. Non co-  
gitas quis tu es. Modo e sordidissimo impietatis cenno los-  
tus, & uix perlotus. Cur non addebas, iota unum, aut apex  
unus de priuilegio hoc non peribit, ut non magis pereat ce-  
lum & terra. Regnum Saul adeo electi ad filios non perue-  
nit, regnum Dauid in nepote disceptum est, & postea ex-  
tinguit. Et tu ad finem usque mundi regnum, quod tu summo  
deo tradis permansurum, tua auctoritate decernis. Quis  
etiam te tam cito docuit mundum esse peritum? Nam  
poetis, qui hoc etiam testantur, non puto te hoc tempore si-  
dem habere. Ergo hoc tu non dixisses, sed alias tibi affinxit.  
Cæterum qui tam magnifice superbeque loquutus est, times-  
te incipit, sibique diffidere, eoque obtestationibus agit. Vnde  
coram deo uiuio, qui nos regnare præcepit, & coram terri-  
bili eius iudicio obtestamur, omnes nostros successores  
Imperatores, & cunctos optimates, satrapas etiâ, amplissi-  
mumque senatum, & uniuersum populum in uniuerso orbe  
terrarum, nec non & in posterum, nullo eorum quoquomo-  
do licere, hoc aut confringere, uel in quoquo conuelli.

Quam æqua, & religiosa adiuratio! Non secus, ac si lupo-  
pus per innocentiam, & fidem obtestatur, cæteros lupos,  
atque pastores, ne oues quas sustulit, interque filios & ami-  
cos partitus est, aut illi adimere, aut hi repetere tentent.

**Quid tantopere extimescit Constantine? Si opus tuum ex deo non est, dissoluetur. Sin ex deo, dissolui non poterit. Sed video uoluisti imitari Apocalypsim, ubi dicitur. Contester autem audient omnia uerba prophetarum libri huius, si quis apposuerit ad haec, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetarum huius, auferet deus partem eius de libro uitae, & de ciuitate sancta. At tu nunquam legeras Apocalypsim, ergo non sunt haec uerba tua.**

**Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator existenterit, æternis condemnationibus subiaceat condemnatus, & sanctos dei apostolorum Petrum & Paulum sibi in praesenti & in futura uita sentiat contrarios. Atque in inferno inferiori scilicet concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impijs.**

**Hic terror, atq[ue] haec cōminatio non Cæsar is aut secularis principis solet esse, sed priscorum sacerdotum, ac flaminū, & nunc ecclesiasticorum. Itaq[ue] non est Constantini oratio haec, sed alicuius clericuli stolidi, nec quid dicat, aut quomodo dicat scientis, saginati, & crassi, ac inter crapulam, interque feruorem uini, has scientias, & haec uerba ructantis. Quæ non in alium transeunt, sed in ipsum conuertuntur authorem. Primum ait æternis condemnationibus subiaceat.**

**Deinde, quasi plus addi queat, alia addere uult, & post æternitatem poenarum, adiungit poenas uitæ præsentis, & cum dei condemnatione nos terreat, adhuc quasi maius quiddam sit, terret nos odio Petri, Cui Paulum cur adiungat, aut cur solum, nescio. Iterum solito Lethargo ad poenas æternas redit, ueluti non hoc ante dixisset. Quod si minæ haec execrationesq[ue] Constantini forent, inuicem execrarent, ut tyrannus & profligatorem reipub. meæ, & illi me Romano ingenio minarer ultorē. Nūc quis existimat execrationē auarissimi hominis, & ritu histrioni uerba simulatis, ac sub persona Constantini alios deterrentis, hoc est proprie-**

hypocritam esse, si græcam uocem exquirimus, sub aliena persona abscondere tuam. Huius uero imperialis decretū paginam proprijs manibus roborantes, super uenerandum corpus beati Petri posuimus. Carta ne, an membrana fuis pagina, in qua scripta sunt hæc? Tam & si paginam uocauimus alterā faciē, ut dīcunt, folij, ueluti quinternio habet folia dena, paginas uicenas. O rē inauditā & incredibilē, cū essem adolescentulus, interrogasse me quendā memini, quis librū Iob scripsisset, cūq; ille respondisset, ipse Iob, tūc me subiunxisse, quo pacto igitur de sua ipsius morte faceret mentionem? Qd' de multis alijs libris dici potest, quo rē ratio huic loco non conuenit. Nam quomodo uere narrare potest id, quo non dum esset administratū, & in tabulis contineri id quod post tabularū, ut sic dicam, sepulturā factū esse ipse fateatur. Hoc nihil aliud est, q̄ paginā priuilegij ante fuisse mortuā & sepultā, q̄ natā. Nec in unq; a morte atq; sepultura reuersam, presertim anteq; conscripta esset, roborata. Nec id una tantum, sed utraq; Cæsaris manu, & quid istud est, roborare illam, chirographo ne Cæsaris, an annulo signatorio? Magnum nimirū robur, maiusq; multo, q̄ si tabulis æreis mandauisset. Sed non est opus scriptura ærea, cum supra corpus beati Petri carta reponatur. Cur hic Paulum retices, qui simul iacet cum Petro, & magis custodiē possent ambo, q̄ si afforet rātūmodo corpus unius? Videlis artes malitiæmq; nequissimi Sinonis. Quia donatio Constantini doceri non potest, ideo nō in tabulis æreis, sed charteis priuilegium esse, ideo latere illud cū corpore sanctissimi apostoli dixit. Ne aut auderemus e uenerabili se pulchro inquirere, aut si inquireremus, carie absumptū putaremus. Sed ubi tunc erat corpus beati Petri? Certe nondum in templo ubi nunc est, non in loco sane munito ac tu to. Ergo non illuc Cæsar paginam collocasset. An beatissimo Siluestro paginam non credebat, ut parum sancto, parum cauto, parum diligenti? O Petre, o Silvester, o sanctæ

et Romanæ ec. pontifices, quibus dñis domini cōmissari  
sunt. Cur uobis cōmissam paginā nō custoditis? Cur a. d.  
neis illā rodī, aut cur situ tabescere possi estis? Opinor quia,  
corpora quoq; uestra contabuerunt. Stulte igitur fecit Cō-  
stantinus. Ea redacta in puluerem pagina, ius simul priuile-  
gij in puluerem abiit. Atqui, ut uidemus, pagina exemplar  
ostēditur. Quis ergo illam de sinu sanctissimi apostoli  
temerarius accepit? Nimirum aliquis antiquorū scripto-  
rum, debet afferri, nec posterior Constantini temporibus.  
At is nullus affertur, sed forte aliquis recens. Vnde hic ha-  
buit? Quisquis enim de superiori ætate historiam texit,  
aut spiritu sancto dictante loquitur, aut veterum scriptorū,  
& eorū quidem, qui de sua ætate scripsierunt, sequitur au-  
toritatem. Quare quicunq; veteres non sequitur, is de illo,  
cum numero erit, quibus ipsa uetus tas præbet audaciā men-  
tendi. Q; si quo in loco ista res legitur, non aliter cum an-  
quitate consentit, q; illa glossatoris Accursij, de legatis Rō.  
ad leges accipiendas dimissis, in Græciam, plusq; itulæ nar-  
ratio, cū Tito Livio, alijsq; præstantissimis scriptoribus con-  
uenit. Datū Romæ tertio Caleñ. Aprilis, Constantino Au-  
gusto quarto consule, & Gallicano quarto consule. Diem  
posuit penultima Martij, ut sentiremus hoc factū esse, sub  
tempus sanctorū dierum, qui illo pleruncq; tempore solent  
esse. Et Constantino quartū consule, & Gallicano quartū  
consule. Mirum si uerq; ter fuerat consul, & in quarto co-  
sulatu forent collegæ. Sed mirandum magis, Augustum le-  
prosum elephantia, qui morbus inter cæteros, ut elephas  
inter beluas, eminet, uelle etiam accipere consulatum, cum  
rex Azarias simul ac lepra tactus est, in priuato se cōtinue-  
rit, procuratione regni ad Ionaithan filium relegata, ut fere  
omnes leprosi fecerunt. Quo uno argumento totum pro-  
fusus priuilegiū confutatur, profligatur, euertitur, ac nequie-  
ambigat, ante leprosum esse debuisse, q; consulem, sciat &  
ex medicina, paulatim hunc morbum succescere, & ex ea

titia antiquitatis, consulatum iniri Ianuario mense, magistrumq[ue] esse annum. & h[oc] Martio proximo gesta referuntur. Vbi neq[ue] silebo, in epistolis scribi solere, datum, non autem in ceteris, nisi apud indoctos. Dicuntur enim epistolae dari, uel illi, uel ad illum. Illi quidem, qui perfert, utputa t[er]r[or] bellario, ut reddat, & in manum porrigat homini cui mittitur. Priuilegium autem, ut aiunt, Constantini, quod reddi alicui non debebat, nec dari debuit dici, ut appareat eum, qui sic loquutus est, mentitum esse, nec scisse fingere, quod Constantiū dixisse ac fecisse uerisimile esset. Cuius stultitiae atq[ue] uesaniae affines se ac socios faciunt, quicunq[ue] hunc uera dixisse existimant, atq[ue] defendunt. Licet nihil iam habeat quo opinionem suam, non dico defendere, sed honeste excusare possint. An honesta erroris excusatio est, cum patefactam uideas ueritatem, nolle illi acquiescere, quia nonnulli magni homines aliter senserunt? Magni inq[ue] dignitate, non sapientia, nec uirtute. Vnde tamen scis, an illi, quos tu sequeris, si eadem audissent quae tu, mansuri in sententia fuerint, an a sententia recessuri? & nihilominus indignissimum est, plus homini uelle tribuere q[uod] ueritati, id est deo. Ita enim quidam, omnibus defecti rationibus solent respōdere, cur tot summi pont. donationem hanc ueram esse crediderunt? Testificor uos, me uocatis quo nolo, & inuitum me male dicere summis pontifi cogitis, Quos magis in delictis suis operire uellem. Sed pergamus ingenue loqui, quandoquidem aliter agi nequit h[oc] causa. Ut fatear eis ita credidisse, & non malitia fecisse, quid mirū si ista crediderunt, ubi tantum lucri blanditur, cum plurima, ubi nullum lucru ostendit, per insignem imperitiā credant? Nonne apud Aram cœli, in tam eximio templo, & in loco maxime Augusto, cernimus pictam fabulam Sibyllæ & Octaviaui, ut ferunt, ex autoritate Innocentij tertij, h[oc] scribentis? Qui etiā de ruina templi pacis, sub natale Saluatoris, hoc est in partu uirginis, scriptum reliquit. Quae ad euertendam magis fidem,

quia falsa, & ad stabilitatem, quia miranda sunt, pertinent.  
Mentiri ne ob specie ueritatis, pietatis, audet uicarius ueritatis, & se scienter hoc piaculo obstringere? An non mentitur?  
Immo uero a sanctissimis uiris se, cum hoc facit, dissentire non uideretur. Tacebo alios. Hiero. Varronis testimonio utrum, decebat Sibyllas fuisse, quod opus Varro ante Augustum codidit. Idem de templo pacis ita scribit. Vespasianus & Titus Romae templo pacis edificato, uasa templa, & uniuersa donaria, in delubro illius consecratur, quae Graeca & Ro. narrat historia. Et hic unus indoctus plus uult libello suo, etiam barbare scripto credi, & fidelissimis veterum prudentissimorum hominum historias. Quia Hieronymus attigit, non patiar haec contumeliam ipsius tacite preteriri. Romae ex autoritate papae ostenditur codex Bibliorum tamque reliquiae sanctorum, luminaribus semper accensis, quod dicitur scriptum chirographo Hieronymi. Quare argumentum? Quia multum, ut inquit Virgilius, est pietatis testis & auri. Resque magis Hieronymi manu indicat scriptum non esse. Illum ego diligentius inspectum, copiæ scriptum esse iussu regis, ut opinor, Roberti, chirographo hominis imperiti. Huic simile est, quantum decem milia huicmodi Romæ sunt, quod inter religiosa demonstratur in tabella effigies Petri & Pauli, quam Silvester Constantino, ab eisdem apostolis in somnis admonito, in confirmatione visionis exhibuit. Non hoc dico, quia negem effigies illas esse apostolorum, utinamque tam uera esset epistola, nomine Lentuli missa de effigie Christi, quæ non minus improbecmentita est, & priuilegium, quod confutauimus. Sed quia tabella illa a Silvestro non fuerit exhibita Constantino. In quo non sustineo admirationem animi mei continere. Disputabo enim aliquid de fabula Silvestri. Quia & omnis in hoc quaestio uersatur, & mihi cum sermo sit cum pontificibus Ro. de pontifice Romano, potissimum loqui debeat, ut ex uno exemplo, facile aliorum conjectura capiat. Et ex multis ineptijs que ibi narrantur, una tantum de dracone attingam.

ut doceam Constantini non fuisse leprosum. Etenim gesta Siluestri ab Eusebio quodā græco homine, ut interpres testatur, cōposita sunt, quæ natio ad mendacia semper p̄missima est. Ut Iuuenalis Satyrica censura ait, Quicquid Græcia mēdax audet in historia. Vnde draco ille uenerat? Romæ dracones nō gignuntur. Vnde etiam illi uenenū? In africa tantum pestiferi dracones, ob ardorem regionis, esse dicuntur. Vnde præterea tantum uenenī? ut tam spacioſam ciuitatem peste corrūperet, præsertim cū in tam alto specu demersus esset, ad quem cētum quinquaginta gradibus descendetur & serpentes, excepto forsan Basiliico, nō afflatus, sed morsu uirtus inspirant, atq; interimunt. Nec Casto Cæfarem fugiens, cum tanta hominū manu, per medias Africæ arenas dum iter faceret, ac dormiret, ullum sociorum ac comitum suorū, serpentis afflatus uīdit extinctum. Neq; illi populi ob id aerem sentiunt pestilentem, & si quid fabulis credimus, & Chimera, & Hydra, & Cerberus, sine noxa uulgo conspecti sunt, ac tacti. Adhuc quin eum Romanū potius occidissent. Nō poterant inquis. At multo grandior rem serpentem in Africa, ad ripam Bragadæ Regulus occidit. Hunc uero uel obstructo ore specus facile erat interīmēre. An nolebant? Ita opinor pro deo colebant, ut Babylonij fecerūt. Cur ergo, ut olim Daniel dicitur occidisse, nō & Silvester hunc potius occidisset? Quin canabaceo filo alligasset, & domum illam in æternū perdidisset? Ideo commentator fabulæ noluit draconem interimi, ne plane Danielis narratio referri uideretur, quod si Hieronymus uir doctissimus ac fidelissimus interpres, Apollinarisq; & Origenes, atq; Eusebius, & nōnulli alij narrationem Beli fictā esse affirmant, si eam Iudæi in veteris instrumenti archetypo non agnoscunt, id est, si doctissimi quiq; latinorum, pleriq; Græcorū, singuli Hebraeorū, illam ut fabulā damnant ego non hanc, adumbratam ex illa, damnabo, quæ nullius scriptoris autoritate fulcitur, & quæ magistrum multo superat.

stultitia? Nam quis beluae domum subterraneam ædifica-  
uerat? Quis illic eā collocauerat, & ne prodiret atq; auo-  
laret (Volant enim dracones, ut quidam aiunt, & si alij ne-  
gant) imperauerat? Quis genus illud cibi excogitauerat?  
Quis foeminas, easq; uirgines, ac sanctimoniales descendere  
præceperat, nec nisi calēdis? An tenebat draco quis esset  
dies calendarū? & tam parco, raroq; erat cibo contentus?  
Nec uirgines tam altum specum, tam immanem, & esurien-  
tem beluam exhorreabant? Credo blandiebatur eis draco,  
ut foeminis, ut uirginibus, ut cibaria afferētibus. Credo etiā  
cum illis fabulabatur. Quid nō honor dicto, etiam coibat?  
Nam & Alexāder, & Scipio ex draconis serpentisue cum  
matre cōcubitu geniti dicuntur. Quid de negato postea ui-  
ctu? Non potius aut prodijsset, aut fuisset extinctus? O mi-  
ram hominum dementiā, qui his anilibus deliramentis fi-  
dem habent. Iam uero qđiu hoc factitatū est? Quando fuit  
coēptum? Ante aduentum saluatoris? An postea: nihil ho-  
rum scitur. Pudeat nos, pudeat harum neniarū, & leuitatis  
plusq; inimicæ. Erubescat Christianus homo, qui ueritatis  
se ac lucis filium nominat, proloquī, quæ non modo uera  
non sunt, sed nec uerisimilia. At enim inquiunt, hanc démo-  
nes potestatem in gentibus obtinebant, ut eas dijs seruien-  
tes illuderent. Silete impudentissimi homines, ne dicam sce-  
leratissimos, qui fabulis uestris tale semper uelamentū ob-  
tenditis. Non defuderat synceritas christiana patrociniū fal-  
sitatis. Satis per se superq; sua ipsius luce ac ueritate defen-  
ditur, sine istis cōmentitijs ac præstigiosis fabellis, in deum  
in Christū, in spiritu sanctū cōtumeliosissimis. Siccine deus  
arbitrio dæmonum tradiderat genus humanū, ut tam mani-  
festis, tam imperiosis miraculis seduceretur? ut propemō-  
dum posset iniustitia accusari, qui oues lupis cōmisiſſet, &  
homines magnam errorū suorū haberent excusationem.  
Quod si tantum olim licebat dæmonibus, & nunc apud in-  
fideles uel magis liceret, quod minime uideremus. Nec ullæ

abeis huiusmodi fabulae proferuntur. Tacebo de alijs populis, dicā de Rō. apud quos paucissima miracula ferūtur, eaq̄ uetusta atq̄ incerta. Vale. Max. aīt, Hiatū illū terrae in medio foro, cū se in eū Curtius armatū adacto equo immisiisset, iterū coīlisse, inq̄ pristinā formā cōtinuo reuertisse. Itē Iunonē monetā cū a quodā milite Rō. captis Veīs p̄ iocū interrogata eset, an Romā migrare uellet, respōdisse uelle. Quoq; neutrū Titus Lī. sentit, & prior autor & grauior. Nā & hiatū p̄mansisse uult, nec tam fuisse subitum q̄ uetus stū. Et ante conditā urbē, appellatūq; Curtium lacū, q̄ in eo delitusset Curtius Metius Sabinus, Romanorū fugiēs impressionē. Et Iunonē annuisse, non respondisse. Adiectū fabulae postea, uoce reddidisse. Atq; de nutu quoq; palam est illos esse mentitos, uel qd̄ motū simulachri, auellebant aut illud, interpretati sunt, sua sponte esse factum, uel qua la sciuia hostilem, & uictā, & lapideā deam interrogabant, eadem lasciuia annuisse finxerūt. Tā&li Liuius inquit nō annuisse, sed milites q̄ annuisser exclamatione. Quæ m̄ boni scriptores nō defendūt facta, sed dicta excusant. Nam prout idem Liuius aīt, datur uenia antiquitati, ut miscendo humana diuinis, primordia urbiū augustiora faciat. & alibi, Sed ī rebus tā antiquis, si qua similia ueritati sunt, pro ueris accipiantur. Satis habeā, hec ad ostentationē scēnē gaudētis m̄ raculis aptiora, q̄ ad fidem, neq; affirmare, neq; refellere est d̄pere pretiū. Terentius Varro his duobus & prior, & doctior, & ut sentio, grauior autor, aīt triplicē historiā de lacu Curtio a totidē autoribus proditā. Unā a Proculo, quod is lacus ita sit appellatus a Curtio, qui se in eū deiecit. Alterā a Pisone, qd̄ a Metio Sabino, Tertiā a Cornelio, cuius rei scūm addit Luctatiū, qd̄ a Curtio cōsule, cui collega fuit M. Genutius. Neque uero dissimulauerim Valerīū nō plane posse reprehendi, quod ita loquatur, cum paulo post graui ter & seuere subiūciat. Nec me pr̄terit, de motu & uoce deorum immortaliū, humanis oculis auribusq; percepto,

¶ In ancipiū opiniōne aſtimatio uerſetur. Sed quia nonno  
ua dicuntur, ſed tradita repetūtur, fidem autore's uendicēt,  
De uoce deoꝝ dixit, propter Iunonem monetā, & propter  
ſimulachrum Fortune, quod bis locutū ſingitur his uerbis.  
Rite me matronæ uidistiſ, rite dedicastiſ. At uero nostri fa  
bulatores paſſim inducunt Idola loquentia, quod iſpi genti  
les & Idolorum cultores non dicunt, & ſyncerius negant,  
¶ Christiani affirmāt. Apud iſtos pauciflma miracula, nō  
fidei autorum, ſed ueluti ſacra quadam ac religioſa uetuſta  
tis cōmendatione nituntur. Apud iſtos recentiora quædā  
narrātur, quæ illoꝝ hoīes temporū neſcierūt. Neq; ego ad  
miratiōni ſc̄toꝝ derogo, nec iſpoꝝ diuina oga abnuo, quiꝝ  
ſciā tantū fidei, quantū eſt granū ſinapis, montes etiā poſſe  
transſerre. Immo defendo illa & tueor, ſed miſceri cū fabu  
lis nō ſin. Nec pſuaderi poſſum hōs ſcriptores alios fuiffe  
¶ aut infideles, qui hoc agerēt in deriſum Christianoꝝ. Si  
hęc figmēta, p̄ doſoſ homīnes in manus imperitoꝝ dela  
ta acciperentur pro ueris, aut fideles, habentes emulatiōne  
dei, ſed nō ſecundū ſcientiā, q̄ non modo de gestis ſc̄toꝝ,  
uerūtia dei genitricis, atq; adeo Christi improba quædā &  
pleudeuangelia ſcribere nō reformidarūt, & ſumus pont.  
hos libros appellat apocryphos, Quasi nihil uitij ſit, qđ eoꝝ  
ignoratur author, Quasi credibilia ſint quæ narrant, Quasi  
ſancta & ad confirmationē religionis pertinentia, ut iam nō  
miňus culpaſ ſit penes hunc q̄ mala probat, q̄ penes illū qui  
mala excogitauit. Nūmos reproboſ discernimus, ſepamus  
ab iſcim, doctrinā reproba nō discernemus, ſed retinebi  
mus, ſed eū bona miſcebimus, ſed pro bona defendemus:  
Ego uero ingenuam feram ſentētiā. Gesta Siluestri nego  
eſſe apocrypha, quia ut dixi, Eusebius quidam fertur autor,  
ſed falſa atque indigna quæ legantur existimo, cum in alijs,  
tum uero in illo quod narratur de dracone, de thauro, de le  
pra, propter quā refutanda tanta repetiſ. Neq; enim ſi Na  
man leproſus fuīt, conuinio & Cōſtantinū leproſum fuiffe

dicemus De illo multi autores meminerunt, de hoc princeps  
orbis terrarū nemo, ne suorū quidem ciuiū scripsit, nisi  
nescio quis alienigena, cui nō aliter est habenda fides, q̄z al-  
teri cūdā, de uespis intra nares Vespesiani nūificantibus,  
& de rana partua Nerone emissa, unde Lateranū uocitatū  
locum dicunt, quod ibi rana lateat in sepulchro. Quod nec  
vespae ipsæ, nec ranæ, si loqui possebant, dixissent, nisi ad deos  
capitolinos hoc referunt, quasi illi loqui consuebant, & hoc  
fieri iussissent. Sed quid mirer hæc nō intelligere pontifices,  
cū nomen ignorent suum? Cephas enim dicunt uocari Pe-  
trum, quia caput apostolorū esset, tāq̄ hoc uocabulū sit grē-  
cum ἀπό τῆς κεφαλῆς, & nō hebraicū, sed potius syriacum,  
quod Græci ψῆφος scribunt, quod apud eos interpretatur  
Petrus, non caput. Est enim Petrus & petra græcum uoca-  
lum, stulteç per ethymologiā latinam exponitur petra, qua-  
si pede trita. Et metropolitanū ab archiepiscopo distinguunt  
uoluntq; illum a mensura ciuitatis dictum, cum græce dica-  
tur non metropolis, sed μητρόπολις, id est mater ciuitatis sū-  
ue urbis, & patriarcham quasi patrem patrum, & papam  
ab interpretatione pape dictum, & fidem orthodoxam quasi  
recta gloria, & Simōnem media correpta, cum legendum  
sū media longa, ut Platonem, & Catonem, ita legendum Si-  
monem. Et multa similia, quæ transeo, ne culpa aliquorum  
omnes summos pontifices uidear insectari. Hæc dicta sint,  
ut nemo miretur, si donationem Constantini cōmentitiam  
fuisse, papæ multi non potuerunt reprehēdere, tam & si ab  
aliquo eorum ortam esse hanc fallaciam reor. At dicitis, cur  
Imperatores, quorū detrimēto res ista cedebat, donationē  
Constantini non negant, sed fatentur, affirmant, conseruant.  
Ingens argumentum, mirifica defensio. Nam de quo tu lo-  
queris Imperatore? si de græco, qui uerus fuit Imperator,  
negabo confessionem. si de latino, libenter etiam confite-  
bor. Etenim quis nescit Imperatorem latinum gratis factū  
esse a summo pont. Ut opinor Stephano, qui græcum Im-  
peratorem,

peratorem, q̄ auxiliū nō ferret Italīę, priuauit, latīnūq; fe-  
cit, ita ut plura Imperator a papa, q̄ papa ab Imperatore  
acciperet. Sane Troianas opes quibusdā pactionibus soli  
Achilles & Patroclus inter se partiti sunt. Quod etiam mihi  
videtur indicare Ludouici uerba, cum ait, Ego Ludoui  
cus Imperator Ro. Augustus statuo, & cōcedo, per hoc pa-  
ctum confirmationis nostræ, tibi beato Petro principi apo-  
stolorum, & per te uicario tuo, dño Paschalī summo pont.  
& successoribus eius in perpetuum, sicut a prædecessori-  
bus nostris usq; nūc in uestra potestate & ditione tenuistis;  
Romanam ciuitatem, cum ducatu suo, & suburbanis, atq;  
uiculis omnibus, & territorijs eius, mōtanis, atq; maritimis  
litoribus, & portibus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, op-  
pidis, ac uillis, in Thuscie partibus. & cetera. Tu ne Ludouic  
ce cum Paschale pacisceris? Si tua, id est imperij Ro. sunt  
ista, cur alteri concedis? Si ipsius, & ab ipso posidētur, qđ  
attinet te illa confirmare? Quantulū etiam ex imperio Ro.  
tuū erit, si caput ipsum imperij amisiisti? A Roma dicitur  
Romanus Imperator. Quid cetera quæ possides, tua ne an  
Paschalis sunt? Credo tua dices. Nihil ergo ualet donatio  
Constantini, si ab eo pontifici donata tu possides. Si ualet,  
quo iure tibi Paschalis cetera remittit, retentis tantū sibi quę  
possideret: Id sibi uult tanta, aut tua in illum, aut illius in te de  
imperio Ro. largitio? Merito igitur pactum appellas, qua-  
si quandam collusionem. Sed quid faciam inquies? Repe-  
tam armis quę papa occupat? At ipse iam factus est me po-  
tentior. Repetam iure? At ius meum tantum est, quantum  
ille esse uoluerit. Non enim hæreditario nomine ad impe-  
rium ueni, sed pacto, ut si Imperator esse uolo, haec & haec  
inuicem papæ promittam: Dicam nihil donasse ex imperio  
Constantinum? At isto modo causam agerem graci Emp.  
& me omni fraudarem imperij dignitate. Hac enim ratione  
papa se dicit facere Imperatorem me, quasi quendam uicarium  
& nisi promittam, non facturum, & nisi paream, me abdi-

K

turum. Dūmodomib[us] det, omnia fatebor, omnia pacifcar. Mihi tamen crede, si Romam ego aut Thuscianā possiderem; tantum abest, ut facerē, quæ facio, ut etiam frustra mihi Par schalis donationis, sicut reor falsæ, caneret cantilenam. Nūc concedo, quæ nec teneo, nec habiturum me esse spero. De iure papæ inquirere non ad me pertinet, sed ad Constantiopolitanum Augustum. Iam apud me excusatus es Lus dōuice, & quisquis alias Ludouici similis. Quid de aliorti Imperatorū cum summis pontificibus pactione suspicandum est, cum sciamus quid Sigismundus fecerit, princeps alioqui optimus & fortissimus, sed iam affecta ètate minus fortis? Quem per Italiam paucis stipatoribus septū in diem uiuere uidimus, Romæ etiam fame periturum, nisi eū, sed non gratis (extorsit enim donationem) Eugenius pauiisset. Is cum Romam uenisset, ut pro Imperatore Romanorum coronaretur, non aliter a papa coronari potuit, q[uod] ut Cōstantini donationem ratam haberet, eademq[ue] omnia de integrō donaret. Quid magis contrarium, q[uod] pro Imperatore coronari, qui Romæ ip[s]i renūciasset? & coronari ab illo, quem & cōfiteatur, & quantū in se est, dñm Ro. imperij faciat? ac ratā habere donationem, quæ uera si sit, nihil Imperatori de imperio reliqui fiat? Quod, ut arbitrör, nec pueri feciſſent. Quo minus mirum, si papa sibi arrogat Cæsaris coronationem, quæ populi Ro. esse deberet. Si tu papa, & potes græcum Imperatorem priuare Italia, prouincijq[ue] occidentis, & latinum Imp. facis, cur pactionibus uteris? Cur bona Cæsar is partiris? Cur in te imperium transfers? Quare sciat quisquis est Imperator Ro. me iudice, se non esse nec Augustum, nec Cæarem, nec Imperatorem, nisi Romæ imperium teneat, & nisi operam det, ut urbem Romam recuperet, plane esse periturum. Nam Cæsares illi priores, quoꝝ fuit primus Constantinus, nō adigebantur iuslurandū interponere, quo nunc Cæsares obstringuntur, sed quantū humana ope preſtari potest, nihil imminenturos esse de ampli.

studine imperij Ro. eamq; sedulo adauerturos. Non ea re ta-  
men uocati Augusti, q; imperium augere deberet, ut aliqui  
sentiunt, latina lingua imperiti. Est enim Augustus quasi sa-  
cer, ab auium gemitu dictus, quæ in auspicijs adhiberi sole-  
bant, græcorumq; testante lingua, apud quos Augustus et  
Iesus dicitur. Vnde Sebastia uocata, Melius summus pons  
ab augedo Augustus diceretur, nisi q; dum temporalia au-  
get, spiritualia minuit. Itaq; uideas, ut quisq; pessimus est  
summorum pontifici, ita maxime defendendæ huic dona-  
tioni incubere. Qualis Bonifacius octauus, qui Celestinus  
tubis parieti insertis decepit. Hic & de donatione Cōstantini  
scribit, & regem Franciæ priuauit, regnūq; ipsum, quasi do-  
nationem Constantini exequi uellet, ecclesiæ Ro. fuisse &  
esse subiectū iudicauit. Qd statim successores eius Benedi-  
ctus & Clemens, ut improbus iniustūq; reuocarunt. Verū qd  
sibi uult ista uestra pontifices Ro. sollicitudo, q; a singulis  
Imperatoribus donationē Constantini exigitis cōfirmari,  
nisi quod iuri diffiditis uestro? Sed latere lauatis, ut dicit.  
Nam neq; illa unq; fuit, & qd nō est, confirmari nō potest,  
& quicquid donant Cæsares, decepti exemplo Constanti-  
ni faciunt, & donare imperium nequeūt. Age uero demus  
Constantinū donasse, Siluestrūq; aliquando possedisse, sed  
postea uel ipsum, uel aliquem ipsorum a possessione deiectū,  
loquor nunc de his, quæ papa nō possidet, postea loquar de  
his quæ possidet. Quid possum uobis magis dare, q; ut ea  
quæ nec fuerunt, nec esse potuerunt, fuisse concedam. Ta-  
men dico uos, nec iure diuino, nec iure humano, ad recupe-  
rationem agere posse. In lege ueteri hebræus supra sextum  
annū hebræo seruire uetabatur, & quinquagelimo quoq;  
anno omnia redibant ad pristinum dominū. Tempore gra-  
tia Christianus a uicario Christi, redēptoris nostræ seruitu-  
ris, premetur seruitio ēterno? Quid dicam, reuocabitur ad  
seruitutem, postquam liber factus est, diuq; potius libe-  
ratus? Sileo q; sanguis, q; uehemens, q; barbarus dominatus

K ij

frequenter est sacerdotum. Quod si ante ignorabatur, nuper  
est cognitum, ex monstro illo, atque portento, Ioanne Vitele  
sco. Cardinale & patriarcha, qui gladiū Petri quo auriculā  
Malcho abscidit, in Christianorum sanguine lassauit, quo  
gladio & ipse perīit. An uero populis Israel a domo David  
& Salomonis, quos prophetæ a deo missi unixerant, tamē  
propter grauiora onera desciscere licuit, factūq; eorū deus  
probauit, nobis ob tantam tyrannidem desciscere non lice-  
bit: ab his præsertim qui nec sunt reges, nec esse possunt, &  
qui de pastoribus ouium, id est animalū facti sunt fures ac  
latrones. Et ut ad ius humanū ueniam, quis ignorat nullū  
ius esse bellorum: aut si quod est, tandiū valere, qdū pos-  
sideas, quæ bello parafti. Nam quā possessionem perdis, &  
ius perdidisti. Ideoq; captiuos, si fugerint, nemo ad iudicē  
repetere solet, etiam nec prædas, si eas priores domini rece-  
perint. Apes & quædā alia uolucrū genera, si e priuato meo  
longius euolauerint, & in alieno desederint, repeti nō que-  
unt. Tu homines non modo liberum animal, sed dñm cæte-  
rorum, si se in libertatem manu & armis afferant, non manu  
& armis repes, sed iure, quasi tu homo sis, illi pecudes. Ne  
que est qdū dicas, Romani iuste bella nationibus intulerūt,  
iusteq; libertate illas exuerunt. Noli me ad istā uocare quę  
stionem, ne quid in Romanos meos cogar dicere. Quanq;  
nullum crimen tam graue esse potuit, ut æternam mereren-  
tur populi seruitutem. Cum eo, q; sape culpa principis, ma-  
gniue alicuius in repu. ciuis bella gesserunt, & uicti immerti-  
ta seruitutis poena affecti sunt. Quorū exemplis plena sunt  
omnia. Neq; uero lege naturę comparatum est, ut populus  
sibi populum subigat. Præcipere alijs eosq; exhortari possu-  
mus, imperare illis ac uim afferre non possumus. Nisi rei-  
cta humanitate, uelimus ferociores beluas imitari, quę san-  
guinariū in infirmiores imperiū exercet, ut leo in quadru-  
pedes, aquila in uolucres, delphinus in pisces. Verūtamen  
beluæ nō in suum genus sibi ius uēdicant, sed inferius,

Quod quanto magis faciendum nobis est, & homo homini religioni habendus: quum, ut M. Fabius inquit, nulla supra terras adeo rabiosa belua, cui non imago sua sancta sit. Itaque quatuor fere causae sunt, ob quas bella inseruntur. Aut ob ulciscendam iniuriam, defendendosq; amicos. Aut timore accipiendae postea calamitatis, si uires aliosq; augeri sinantur. Aut spe predæ. Aut gloriae cupiditate. Quarum prima non nihil honesta, secunda parci, duæ posteriores nequaquam honestæ sunt. Et Romanis quidem illata fuere frequenter bella, sed postquam se defenderant, & illis & alijs ipsis intulerunt, nec illa gens est quæ ditioni eorum cesserit, nisi bello uicta, & domita, quā recte, aut qua causa, ipsis uiderint. Eos ego nō sim nec damnare, tanquam iniuste pugnauerint, nec absoluere tanquam iuste. Tantum dicam, eadem ratione Romanos carceris bella intulisse, qua reliqui populi regesq;. Atque ipsis qui bello lacerissimi uictiq; sunt, sicuti deficere a Romanis, in ab alijs dominis defecerunt. Ne forte, quod nemo diceret, imperia omnia ad uetustissimos illos, qui primi domini fuere, id est, qui primi præripuere aliena, referantur. & tamen melius in uictis bello nationibus populo Ro. quā Cæsaribus remp. opprimentibus ius est. Quocirca si fas erat gentibus a Constantino, & quod plus est, a pop. Ro. desciscere, profecto & ab eo ius erit, cuicunq; cesserit ille ius suū. Atque ut audacius agam, si Romanis licebat, Constantini aut exige re ut Tarquinium, aut occidere ut Iulium Cæsarem, multo magis eum, uel Romanis uel prouincij licebit occidere, qm in locum Constantini utctiq; successit. Hoc & si uerum, tamen ultra causam meā est, & idcirco me reprimere uolo, nec aliud ex his colligere, quæ dixi, nisi ineptum esse, ubi armorum uis est, ibi ius quemq; asserre uerbor. Quia qd' armis acquiritur, idem rursus armis amittitur. Eo quidem magis, quod aliae nouæ gētes, ut de Gothis accepimus, quæ nunquam sub imperio Ro. fuerunt, fugatis ueteribus incolis, Italiam & multas prouincias occuparunt, quas in seruitur.

sem reuocari, in qua nunc fuerunt, quae tandem æquitas esset  
præsertim uictrices, & forte a uictis. Quo tempore, si quæ  
urbes ac nationes, ut factum fuisse scimus, ab Imperatore  
deserta, ad Barbarorum aduentum necesse habuerunt, delige-  
re sibi regem, sub cuius auspicijs uictoria reportarunt, nun-  
quid hunc postea a principatu deponerent? Aut eius filios  
tum cōmendatione patris, tum propria uirtute fauorabiles  
iuberent esse priuatos, ut iterū sub Romano principe essent  
maxime cum eorum opera assidue indigerent, & nullū ali-  
unde auxilium sperarent? Hoc si Cæsar ipse, aut Constan-  
tinus, ad uitam reuersus, aut etiam Senatus populusq; Ro-  
ad cōmune iudicium, quale in Græcia Amphitronū fuit, uo-  
caret, prima statim actione repelleretur, q; a se olim custode  
desertos, q; tandem sub alio principe degentes, q; nunq; alie-  
ni genē regi subditos, q; deniq; homines libertati natos, & in  
libertatem robore animi corporisq; assertos, ad famulatum  
seruitumq; reposceret. Ut appareat, si Cæsar, si po. Ro. a re-  
petendo exclusus est, multo uehemētius papam esse exclu-  
sum. Et si licet alijs nationibus, quæ sub Roma fuerunt, aut  
rēgem sibi creare, aut remp. tenere, multo magis id licere  
populo Ro. præcipue aduersus nouam papæ tyrannidem:  
Exclusi a defendenda donatione aduersarij, quod nec unq;  
fuit, & si qua fuisset, iam temporj conditione intercidisset,  
confugiunt ad alterū cōveniū defensionis, & uelut relicta ue-  
be, in arcem se recipi int, quam statim deficientibus ciba-  
rijs dedere cogentur. Præscriptū, inquiunt, Romana ec-  
clesia in his quæ possidet. Cur ergo, quæ maior pars est, ea  
repositorum in quibus non præscriptū, & in quibus alijs præ-  
scripterunt? Nisi id non licet alijs in hunc, quod huic licet  
in alios. Præscriptū Romana ecclesia. Cur ergo ab Impera-  
toribus toties curat sibi ius confirmandum? Cur dona-  
tionem confirmationemq; Cæsarum iactat, si hoc unum  
satis est? Iniuriam ei facis, si de altero quoq; iure non si-  
leas. Cur igitur de altero non siles? Nempe quia hoc sibi

non sufficit. Praescripsit Romana ecclesia, & quomodo pos-  
test prescriptissime, ubi de nullo titulo, sed de malæ fidei pos-  
sessione constat. Aut si malæ fidei possessionem neges, pro-  
fecto stulta fidei negare non posses. An in tanta re, tamq;  
aperta excusata debet esse & facti & iuris ignorantia? Facit  
quidem, q; Romam provinciasq; non dedit Constantinus,  
quod ignorare idiotæ hominis est, non summi pontificis.  
Iuris autem, quod illa nec donari potuere, nec accipi, quod  
nescire uix Christiani est. Ita ne stulta credulitas dabit tibi  
ius in his, quæ si prudentior fores, tua nunquam fuissent.  
Quid? Nonne nunc saltem, postquam te per ignorantiam  
atq; stultitiam possedisse docui, ius istud, si quod erat, amittes?  
& quod inscita male contulerat tibi, nonne id rursum  
cognitio bene admetas? Mancipiumq; ab iniusto ad iustum  
dominum reuertetur, fortassis etiam cum usufructu: q; si  
adhuc possidere pergis, iam inscita in malitiam, fraudemq;  
conuerfa est, planeq; effectus es malæ fidei possessor. Prae-  
scripsit Romana ecclesia. O imperiti, o diuini iuris ignari!  
Nullus quantumvis annorum numerus uerum abolere ti-  
tulum potest. An uero captus ego a Barbaris, creditusque  
periisse, post centum annos quibus captiuus fui, postlimis  
mio reuersus, paternæ hereditatis repetitor excludar? Quid  
bac re inhumanius? Atque ut aliquod afferam exemplum,  
num Iephe dux Israel reposcentibus filijs Ammon, terram  
a finibus Arnon, usq; in Iabue, atq; in Iordanem, respondit  
praescripsit Israëliam per trecentos annos? An quod nun-  
quam illorum, sed Amorreorum fuisset terra, quam repos-  
cerent, ostendit? & hoc argumentum esse, ad Ammonitas  
illam non pertinere, quod nunquam intra tot annorum cir-  
culum repoposcerent? Praescripsit Romana ecclesia. Face  
nepharia lingua. Praescriptione, quæ fit de rebus mutis at-  
que irrationabilibus, ad hominem transuers, cuius quo diu-  
turnior in seruitute possessio, eo est detestabilior. Aues ac-  
serē in se praescribi nolunt, sed quantolibet tempore pos-

ſellæ, cu m libuerit, & oblata fuerit occasio, abeunt, homini  
ab homine poffeo non licet abire: Accipe, unde magis  
fraus dolusq; quam ignorantia Romanorū pont. appareat,  
utentiū iudice bello, non iure. Cui ſimile quiddam primos  
pontifices, in occupanda urbe, cæterisq; oppidis, credo fe-  
ciffe. Parum ante me natum, testor eorū memoriam, qui in-  
terfuerunt, per inauditum genus fraudis Roma papale ac-  
cepit imperiū, ſeu tyrannidem potius, cum diu libera fuif-  
ſet. Is fuit Bonifacius nonus, octauo in fraude & nomine  
par, ſi modo Bonifaciū dicendi ſunt, qui pelliſme faciunt, &  
cū Romani deprehendo dolo apud ſe indignarētur, Boni-  
facius papa, in morem Tarquinij, summa quæq; papauera  
uirga decuſſit. Quod cum poſtea, qui ei ſuccedidit, Innocen-  
tius imitari uellet, urbe fugatus eft. De aliis pontificibus  
nolo dicere, qui Romam ui ſemper oppreſſam armisq; ter-  
nuerunt, licet quoties potuit rebellauit, ut ſexto abhinc an-  
no, cum pacem ab Eugenio obtinere non poſſet, nec paſ  
eſſet hostibus, qui eam obſidebant, & ipſa papam intra egedes  
obſedit, non permittura illum abire, priuſq; aut pacem cum  
hostibus faceret, aut administrationē ciuitatis relegaret ad  
ciues. At ille maluit urbē deferere, diſſimulato habitu, uno  
ſugæ comite, q; ciuibus gratificari, iusta & æqua petētibus.  
Quibus ſi des electionem, quis ignorat libertatē magis q;  
ſeruitiū electuros? Idem ſuſpicari libet de cæteris urbibus  
quæ a ſummo pont. in ſeruitute retinentur, per quem a ſer-  
uitute liberari debuiffent. Longum eſſet recenſere, quo ut-  
bes ex hostibus captas, populus Rom. liberas fecit, adeo ut  
T. Flammintus omnem Græciam, quæ ſub Antiocho fuif-  
ſet, liberari eſſe, & ſuis uti legibus iuberet. At papa, ut ui-  
dere licet, inſidiatur ſedulo libertati populorum. Ideoq; ui-  
cissim illi quoq; oblata facultate (ad Bononiā modo respic-  
ce) rebellant. Qui ſiquando ſponte, quod eueniare poſteſt, ali  
quo aliunde periculo urgente, in papale imperium conſen-  
ſerunt, non ita accipiendo eft, conſenſiſſe, ut ſeruos ſe far-  
cerent,

cerere. Vt nūc subtrahere a iugo colla possent. Vt postea  
nati non & ipsi arbitriū sui habeant. Nam hoc iniquissimū  
foret. Spōte ad te summe pont. ut nos gubernes uenimus,  
sponte nāc ruris abs te , ne gubernes diutius, recedimus,  
si qua tibi a nobis debentur , pōnatur calculus dator̄ & ac-  
ceptorum. At tu gubernare inuitos uis, quasi pupilli sumus  
qui te ipsum forsitan sapientius gubernare possemus. Ad-  
de hoc iniurias, quę aut abs te, aut a tuis magistratibus huic  
ciuitati frequentissime inferuntur. Deum testamur, iniuria  
cogit nos rebellare, ut olim Israel a Roboam fecit . Et quae  
tanta fuit illa iniuria, quanta portio nostræ calamitatis , gra-  
uiora soluere tributa? Quid enim si remp. nostram exau-  
tias? Exauisti. Si templo spolies? Spoliasti. Si uirginibus  
matribusq; familie stuprū inferas? Intulisti. Si urbem san-  
guine chuli perfundas? Perfudisti. Hæc nobis sustinenda  
sunt: An potius, cū tu pater nobis esse desieris, nos quoq;  
filios esse obliuiscemur? Pro patre, summe pont. aut si hoc  
se magis iuuat, pro domino hic te populus aduocauit, non  
pro hoste atq; carnifice. Patrem agere aut dominū non uis,  
sed hostem & carnificem. Nos scuitem tuam, impietateq;  
& si iure offensę poteramus, tamen quia Christiani sumus,  
nō imitabimur. Nec in tuum caput ultiō stringemus gla-  
dium , sed te abdicato, atq; summoto, alterū patrem domi-  
numue adoptabimus. Filijs a malis parētibus e quibus ge-  
niti sunt, fugere licet, nobis a te, non uero patre, sed adopti-  
uo. & pessime nos tractante, non licebit? Tu uero, quae sa-  
cerdotij operis sunt, cura, & noli tibi ponere sedem ad aqui-  
lonem, & illinc tonando fulgurantia fulmina in hunc popu-  
lum caeterosq; uibrare. Sed quid plura opus est in re aper-  
tissima dicere? Ego non modo Constantiū non donas-  
se tanta, non modo non potuisse Romanū pontificem in  
eisdem præscribere, sed etiam si utrumq; esset, tamen utrūq;  
fus secleribus possessor̄ extinctum esse contendō, cum ui-  
deamus totius Italiz , multarumq; prouinciarum cladem,

L

ac uastitatem ex hoc uno fonte fluxisse. Si fons amarus est,  
& riuus. Si radix immunda, & rami. Si delibatio sancta non  
est, nec massa. Ita e diuerso, si riuus amarus, fons obstruen-  
dus est, si rami immundi, e radice uitium uenit, si massa san-  
cta non est, delibatio quoque abominanda est. An possumus  
principatum potentiae papalis pro iure proferre, quem tan-  
torum scelerum, tantorumque omnis generis malorum certi-  
mus esse causam? Quamobrem dico, & exclamo (nec enim  
timebo homines, deo fretus) nemine mea aetate in summo  
potificatu fuisse, aut fidelem dispensatorem, aut prudentem  
qui tantum abest, ut dederit familiae dei cibum, & escam pa-  
nis. Papa & ipse bella pacatis populis infert, & inter ciuita-  
tes principesque discordias serit. Papa & alienas sicut opes, &  
suas exsorbet, ut Achilles in Agamemnonem duxerit. Ba-  
stare uis. Papa non modo remp. quod non Verres, non Catilina,  
non quispiam peculator auderet, sed etiam rem ecclesiasticam,  
& spiritum sanctum quaestui habet, quod Simon ille magus  
detestatur. Et cum horum admonetur, & a quibusdam bo-  
nis uiris reprehenditur, non negat, sed palam fatetur, atque  
gloriatur, licere enim quavis ratione patrimonium ecclesie,  
a Constantino donatum, ab occupantibus extorquere. Quasi  
eo recuperato, religio Christiana futura sit beata, & non ma-  
gis omnibus flagitijs, luxurijs, libidinibusque oppressa, si  
modo opprimi magis potest, & ullus est sceleri ulterior lo-  
cus. Ut igitur recuperet cætera membra donationis, male ere-  
ptas a bonis uiris pecunias peius effundit, militumque equi  
stres pedestresque copias, quibus omnia infestantur, alit, Cui  
Christus in tot milibus pauperum, fame ac nuditate moria-  
tur. Nec intelligit, o indignus facinus, cum ipse secularibus  
auferre, quæ ipsorum sunt, laborat, illos uicissim, siue pessimo  
exemplo induci, siue necessitate cogi, licet non est uera ne-  
cessitas, ad auferenda quæ sunt ecclesiasticorum. Nulla itaque  
usquam religio, nulla sanctitas, nullus dei timor, & quod  
preferens quoque horesco, omnium scelerum impij hominum

nec a papa sumunt excusationem. In illo enim comitibus  
que eius est omnis facinoris exemplum, ut cum Esaia, &  
Paulo, in papam & papæ proximos dicere possumus, No  
men dei per uos blasphematur inter gentes. Qui alios dos  
ceris, uolipso non docetis. Qui prædicatis nō furandum,  
latrocinamini. Qui abominamini idola, sacrificium facitis.  
Qui in lege & in pontificatu gloriamini, per præuaricatio  
nem legis deum uerum pontificē inhonoratis. Quod si po  
pulus R. ob nimias opes, ueram illam Romanitatem per  
didit, si Salomon ob eandem causam in idolatriā, amore  
fœminar̄ lapsus est, nonne idem putamus fieri in summo  
pont. ac reliquis clericis? Et postea putamus deum fuisse  
permisurum, ut materiā peccandi Syluester acciperet. Nō  
patiar hanc iniuriam fieri sanctissimo uiro. Nō feram hanc  
contumeliam fieri pontifici optimo, ut dicitur imperia, re  
gna, prouincias accepisse, quibus renunciare etiam solent  
qui clerici fieri uolunt. Pauca possedit Syluester, pauca cæ  
teri q̄ summi pont. quorū aspectus apud hostes quoq; erat  
sacrosanctus, ueluti illius Leonis, q̄ trucē barbari regis animū  
terruit, ac fregit, quē Romanę uires nec frāgere nec terrere  
potuerant. Recentes uero summi pont. id est diuītijs, ac de  
licijs affluentes, id uidentur laborare, ut quantū prisci fuere  
sapiētes & sancti, tantū ipsi & impij sint, & stulti, & illorum  
egregias laudes omnibus probris uincant. Hęc quis Chri  
stiani nominis queat equo animo ferre. Verum ego in hac  
prima nostra oratiōe nolo exhortari principes, ac populos  
ut papā effrenato cursu uolitante, inhibeant, eūq; intra suos  
fines consistere compellant, sed tantum ad moneāt, qui for  
sitāq; iam edoctus ueritatem, sua sponte, ab aliena domo in  
suam, & ab insanis fluctibus, sœuīscq; tempestatibus in por  
tum se recipiet. Sin recuset, tunc ad alteram orationem mul  
to trunculentiorem accingemur. Vtinam, utinam aliquādo  
uideam, nec enim mihi quicq; est longius, q̄ hoc uidere,  
& præsertim meo cōsilio effectum, ut papa tantum uicarius.

L ii

**Christi sit, & non etiam Cesaris.** Nec amplius horreda vox audiatur, partes contra ecclesiam, ecclesia contra Perusinos pugnat, contra Bononienses. Non contra Christianos pugnat ecclesia, sed papa. Illa pugnat contra spiritualia nequitiae in celestibus. Tunc papa & dicetur, & erit pater sanctus, pater omnium, pater ecclesie, nec bella inter Christianos extabit, sed ab alijs excitata, censura apostolica, & papali manifestate sedabit.

**Dixi.**

# NICOLAI DE CVSA CARDINALIS

Tit. sancti Petri ad Vincula, sententia de donatione

Constantini, quam scripta ad Concilium Ba-

siliense, de concordantia catholica.

lib. III. Capite. II.

Num præterire nequeo, quoniam pene omnium  
sententia indubitata est, Constantium Impe-  
ratorem, occidentis imperium Ro pont. Syl-  
uestro, ac eius in ætum successoribus perpe-  
tuo dono tradidisse, & ideo etiam si ratio de  
unitate principantis scilicet aduersari bono & recto ordini  
duo capita fore non concluderet, pateret tamen in occiden-  
te Imperatorem nullum, nisi a papa depedenter imperium  
cognosceret, iuste esse posse. Hanc radicem quo ad potui in-  
vestigauit, præsupponens hoc etiam indubitatum esse, Con-  
stantinum tamē donationem facere potuisse, quæ tamen  
quaestio nec soluta est hactenus, nec solueretur uerisimiliter  
unq. Sed in ueritate supra modum admiror, si res ita est, ea  
q; in autenticis libris, & in historijs approbatis non inueni-  
tur. Relegi omnia quæ potui gesta imperialia, ac Romanorum  
pont. historias, sancti Hieronymi, qui ad cuncta colligendū  
diligentissimus fuit, Augustini, Ambrosij, ac aliorum opa-  
scula peritissimum, reuoluti gesta factorum conciliorum,  
quæ post Nicenum fuere, & nullam inuenio concordantia  
am ad ea quæ de illa donatione leguntur. Sanctus Damas-  
sus papa ad instantiam beati Hieronymi, actus & gesta pre-  
decessorum dicitur annotasse, in cuius opere de Sylvestro  
papa non ea inueniuntur quæ vulgo dicuntur. Legitur in  
certis historijs Constantinū a Sylvestro baptizatū. E ipsius  
Imperatorem tres illas, sancti Ioannis, sanctorum Petri &  
Pauli ecclesiæ mætrifice ornasse, ac annuos multos redditus  
e diuersis massis terrarum in diuersis prouincijs & insulis  
pro cōtinuando ornatu lampadarum balsami & nardip-

L. 14

sticis, ac cæterorum donasse. De quibus omnibus particu-  
larem mentionem in pontificum libro reperies. Sed de do-  
natione temporalis domini, aut imperij occidentis, nihil ibi  
penitus continetur. Verum q[uod] postquam Astulfus rex Longo-  
bardorum exarchatum Rauennatem occupauit cum alijs  
multis locis, & Stephanus secundus natione Romanus ex  
patre Constantino, multis legatis ad Astulfum missis roga-  
ret imperiali ditioni loca restituiri, & facere non uellet Astul-  
fus, Stephanus Pippinum adiens, eum cum duobus filijs in  
reges unxit. Fuit etiam cum eodem Stephano orator missus  
Imperatoris, & a Pippino impetrarunt, ut Astulfum indu-  
ceret, q[uod] imperio loca restitueret. Misit Pippinus, nec profer-  
erit. Vnde cum non posset sic ab Astulfo restitutionem im-  
petrare, promisit Stephano se ui ablaturum ab eo, & sancto  
Petro daturum. Hoc audito reuertitur imperialis missus. Pip-  
pinus que promiserat expleuit. Forma uero huius donatio-  
nis, in gestis prefati Stephani, cum nominatione particulari  
omnium honorum continetur. Zacharias papa monarchiam  
regni Francie in Pippinum transtulit, Ludouico rege des-  
polito, de quo legitur. xv. q. vi. aliis. & in glo. uenerabilis.  
Ex illo puto Pippinum sedi apostolice fauisse. Post hoc Des-  
yderius rex iterum illas ciuitates, aut earum aliquas, tempore  
Adriani ui cepit. Adrianus papa multis missis ad cum le-  
gatis, repetit ius sancti Petri, impetrare non potuit. tunc Ca-  
rolus magnus inuocatus per Adrianum, recuperauit, & iter-  
um donauit sancto Petro solenni donatione, que in gestis  
eiusdem Adriani papæ continetur. Ex istis constat Cosen-  
tinum imperium per exarchatum Rauennatem, urbem Ro-  
mam, & occidentem minime papæ dedisse. Vnde continue  
legitur. Imperatores usque ad tempora prefata sicut prius, ple-  
no iure Romam, Rauennam, & Marchiam cum alijs locis  
possedit. & probat textus. xcvi. distin. bene quidam. ubi  
dicit de Patritio prefecto nomine Adoacris regis. &c. lxxiiii.  
distin. Agatho. xcvi. dist. cum ad uerum, cum familibus: &c.

Romanos pōtifices legimus Imperatores fateri dominos;  
Scribit enim Agatho papa ad Imperatorem Constantīnū,  
qui sextam Synodum congregauit, & multis annis secutus  
est primum, quomodo urbs Roma sit ipsius Imperatoris  
seruīlis urbs. Et Bonifacius papa ad Honorium, qui dicit,  
q̄ ecclesiae Romanae ipse habet regere sacerdotium, sed Im-  
perator humanas res. Et in fine dicit Romanam esse urbem  
hāc manuētudinē. hic textus habetur. xci. dist. ecclesiae. &  
ut breuiter dicam, nullibi contrarium legi quin usq; ad illa  
præfata Pippini tempora Imperator remāserit in possessio-  
ne locorum præactorū. Nec unq; legi aliquem Romano-  
rum pontificum usq; ad tempora Stephani secundi, in ihs  
locis nomine sancti Petri aliquid iuris præsumpsisse habe-  
re. Hæc credo uera esse, nō obstante famigera opinione de  
contrario, quæ in palea habetur Constantinus. xcyi. distin.  
quoniam abic; dubio, si nō fuisset illud dictamē apocryphū,  
Gratianus in ueteribus codicibus, & canonum collectioni-  
bus inueniasset. & quia nō inuenit, nō posuit. Vnde que po-  
stea addidit, pro palea ita illam confictam scripturā poluit,  
sicut multa alia inueniūtur ex apocryphis libris nostris in-  
scripta. Ego etiam ad longum hanc scripturam in quodam  
libro inueni, quæ multo plus continet, q̄ ea quæ in decre-  
to ponitur loco præallegato, & diligenter eam examinans  
seperi ex ipsamet scriptura, argumenta manifesta confictio-  
nis & falsitatis, quæ pro nunc longum & inutile foret his  
inserere. Etiam est aduentendum, q̄ tex. Cōstantinus. xcvi.  
distin. est ex legenda sancti Syluestri extractus, & fundat il-  
le qui imposuit decreto, autoritatēm ipsius textus in appro-  
batione Gelasiū in Synodo. Rogo uideat. xv. distin. sancta  
Romana illa approbatio, & inuenies pauci roboris, quia di-  
cit autorem ignorari, & tamen per catholicos legi, & ea pro-  
pter legi posse, qualis sit approbatio, quisq; considerare po-  
test. Multæ enim sunt historiæ sancti Sylvestri. Vna, in quo  
hōc non inuenitur, quā sanctus Damalus ponit. Alia cuius

L iiiij

autor ignoratur, quam textus nō dicit ueram, sed legi posse,  
neq; dicit in illa hoc cōtineri. Etiam antiqua decreta non ha-  
bent textum, nisi usq; ad .g. Item decreta Romanorum pon-  
tificum inclusue. & sic non inuenitur in illis libris iste .g.  
de historia Syluestri. Quinta etiā uniuersalis Synodus, que  
de approbatis doctorum omnium, & scripturarum appro-  
batarum libris mentionem facit, ac etiā ipsa Synodus Mar-  
tini papae, quæ fuit contra afferentes unam uoluntatem in  
Christo, scilicet contra Petrum & Sergium, renouans ap-  
probatas scripturas, ut egomet uidi, nullam de istis histo-  
rijs faciunt mentionem, nec quisq; approbatus, aut nomina-  
turs inter ueridicos, quem unquam uidi. Ego legi in Vin-  
centio historiarum. xxiiij. libro in fine, secundum sanctum  
Hieronymum, Constantinum uxorem Faustum, & filium  
Crispum crudeliter occidisse, & in extremo uitæ ab Euse-  
bio Nichomedia episcopo baptizatum, in Arrianam hære-  
sim declinasse. A quo tempore, inquit Hieronymus, eccl-  
esiarum rapinæ, & totius orbis discordia secula est usq; in  
præsens tempus. Ista libro de actibus Sylvestri, quem Vin-  
centius dicit a quodā, cuius nomen ignorat, e græco trans-  
latum, ut eodem libro cap. ix. habetur, manifeste contradic-  
unt. Quis non crederet potius Hieronymo approbato, q;  
ignoti autoris scripturis, quæ apocryphæ dicuntur quan-  
do autor ignoratur? Textus etiam qui ascribitur Melchia-  
di papæ, qui habetur. xij. q.i.futurā, qui uidetur huic dicto  
aliquid obstat, non est Melchiadis papæ secundum  
glossam quandam, & etiam rei ueritatem, quia Melchia-  
des præcessit Sylvestri, ut patet in catalogo Romanorū  
pontificum. Et si Constantinus fuit baptizatus a Sylvestro  
secundum cōmune dictum, tunc patet titulum illius textus  
falsum, quia loquitur de baptismo Constantini. Et etiam si  
Melchiadis foret ille textus, adhuc nō haberetur argumen-  
tum ex eo contra præmissa, quia nō dicit aliud q; Constan-  
tium sedem Romanā imperiale reliquisse, & Petro, &  
successoribus

successoribus concessisse. hoc est, q̄ ubi fuit sedes imperia-  
lis, q̄ ibi sit modo papalis, quod non negatur. Et uerum est  
Constantinum imperatorem tempore Melchiadis papæ fu-  
isse, & tunc Christianum, ut per Augustinū in multis locis  
hoc habetur, & maxime in epistola ad Glorium, & Elusū,  
& quibus hoc gratum est, quæ incipit, Dixit quidem apo-  
stolus, & hoc concordat cum Hieronymo. Vidi etiam de-  
cretum Leonis papæ in Synodo Romana cum subscriptio-  
ne episcoporum, & clericorum, & ciuium Romanorū, ubi  
Leo papa Othoni primo restituit omnia loca per Pipinū,  
& Carolum, & Robertum reges sancto Petro data. & no-  
minantur in eodem decreto omnia loca, & nullam facit de  
donatione Constantini mentionē. Sunt meo iudicio illa de  
Constantino apocrypha.

ANTONINVS ARCHIEPISCPVS  
Florentinus primæ partis historialis  
tit. 8. c. 2. §. 8. sic inquit.

¶ Ertium dubium est de donatione facta ecclesie  
a Constantino, de qua habetur in decretis  
distin. 96. Constantinus. Sed illud cap. non  
habetur in antiquis decretis. Quid ergo &  
quantum donauerit, non est bene certum, ui-  
detur tamen saltem illud quod Ludouicus rex Francorū:  
& Imperator promittit sub iureiurando Paschali Papæ &  
successoribus eius, de quo habetur distin. 63. Ego Ludoui-  
cus. Et Otto Theutonicorum primus Imperator confir-  
mat. Ioannes papa distinctione eadē, Tibi. Sed & quæstio  
adhuc agitur inter Canonistas & Legistas, utrū illa tenuer-  
et donatio. Quod Canonistæ omnino firmat, & Theologi

magis confirmant. Et quia non fuit simplex donatio, sed potius restitutio ecclesiae facta iuris sui, cum omnia sint de Christi dominio, cuius papa est vicarius in terris, cetera ueroe misit dominis temporalibus.

RAPHAEL VOLA TERRANVS  
in uita Constantini Magni sic scribit.

De dono Constantini, aut concessionē apud nullos existat autores; præterē in libro decretorum, id est in antiquis uoluminibus minime contineri autor est Antoninus præsul Florentinus in Chronicis.

FINIS.

PAR

